auctoritas: delectat ... me hominis gravitas, scientia iuris, ||praetoris|| auctoritas; Verr. I, 106. summa hominum ||hominis|| auctoritas pretio superabatur; ib. 125. magna est hominum auctoritas; ib. III, 209. contra hominum auctoritatem pugnare non potero; ib. 209. quantum debuit eius hominis (auctoritas valere); ib. V, 55. verba servire hominum consiliis et auctoritatibus? Caecin. 52. hominum prudentium consilium et auctoritas respuit hanc defensionem; ib. 56. auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum; ib. 104. illa res quantam declarat eiusdem hominis ... auctoritatem; imp. Pomp. 46. haec tot exempla ... profecta sunt in eundem hominem ... a ceterorum ... hominum auctoritate; ib. 63. hominis eloquentissimi, ... L. Crassi, auctoritatem sequor; Cluent. 140. qui optimi ... hominis ... auctoritatem magni putet; Flacc. 104. qui ... vim et crudelitatem privilegii auctoritate honestissimorum hominum ... consignarit ||consignavit||; sen. 29. minus me commovit hominis summa auctoritas; Fr. C. 24.

audacia: prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam; Sex. Rosc. 12. nostis os hominis, nostis audaciam; Verr. II, 48. cognoscite hominis apertam ... improbitatem et audaciam; ib. 71. tenetur igitur iam ... cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia; ib. III, 152. videte hominis audaciam; ib. 170. Cluent. 26. hominis vita et audacia proferebatur; ib. 50. videte hominis intolerabilem audaciam; dom. 115. vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam ... audaciam; Milo 32. facile hominis amentis fregisemus audaciam; Phil. III, 2. qui .. periculo carere possumus in tanta hominum cupiditate et audacia? ib. 25. ne quam vim patefaceret sceleratissimorum hominum audaciae; ib. X, 7. nisi incredibilis ... virtus furentis hominis conatum atque audaciam compressisset; ib. 11. ſ. amentia; Verr. I, 105.

aures: ut ... aures hominum ... interesse videantur; Verr. a. pr. 48.

beneficium: hominum beneficia .. concedo tibi iam maiora non esse quaerenda; har. resp. 38.

benevolentia: me ... mediocri hominum benevolentia commoveri; prov. cons. 44. cum tu ... et amicissimi benevolentiam et gravissimi hominis fidem ... desideres; Milo 69.

benignitas: summa est ... hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas in omnis homines iustitia et fides; Cluent. 196.

bona: hominis propinqui bona ... postularentur; Quinct. 86. eius hominis bona qua ratione venierunt; Sex. Rosc. 125. esse indignum hominis innocentis bona venisse; ib. 1. qua re hominis ... bona venierint; ib. 130. quae (conlegia tribunorum) coëant de hominum locupletissimorum bonis; dom. 47.

caedes: qui etiam deos immortalis arbitrentur hominum caede ||scelere|| et sanguine facillime posse placari? Font. 31.

calliditas: o magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam ... se per se ipsa defendat! Cael. 63.

caput: ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur; Quinct. 45. ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ei; ib. 94. in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset? Piso 75.

casus: hominis desperati et proditoris ... casum lugebunt; Sest. 33.

caterva: armatis catervis perditorum hominum; dom. 110.

causa: nisi ista tua intolerabilis potentia ... in istius hominis desperati causa interponeretur; Verr. a. pr. 35. hominis causam verbis amplecteris; ib. I, 110. si hominis ... causam tanti periculi repudiassem; Muren. 8. hoc maxime interest, non ex libidine aut simultate aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari; Sulla 79. quae declaratio voluntatis ... in causa hominis non popularis (fuerit) .. audiebam; Sest. 122.

civitas: Agyrinensis est ... Siciliae civitas, hominum ante hunc praetorem locupletium summorumque aratorum; Verr. III, 67. at quorum hominum (civitas)? ib. 75.

clamor: nisi vi populi hominum clamore atque convicio restitissem; Verr. I, 158. clamorem hominum auctoritate ... sedavit; Sest. 62. omnia hominum cum egestate tum audacia perditorum clamore, concursu, vi, manu gerebantur; ib. 85.

coetus: ut deus ... coetus hominum adeat; har. resp. 62. in hominum ... humanissimorum coetu loquor; Piso 68. omni in hominum coetu ... celebramur; Milo 98.

cogitatio: quid interest inter mentis hominum et cogitationes? Verr. V, 35. animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam; Arch. 14. cogitationem .. sobrii hominis ... suscipe; Phil. II, 31.

cohors: cohors ista quorum hominum est; Verr. III, 28. ex cohorte praetoria praeclara hominum honestissimorum (iudicum numerus erat); ib. 70. tota Metelli cohors, hominum non ingratorum, aderat Apronio; ib. 152.

coitio: coitione hominum iustitium illud ... meditatum est; har. resp. 55.

collum: cum ... collum secuit hominis maxime popularis; Fr. B. VIII, 9.

coloniae: deducentur .. coloniae; quo? quorum hominum ||quo numero hominum||? leg. agr. I, 16.

commemoratio: quae ... delectabant ... commemoratione hominum; Verr. IV, 123.

conatus: nolite .. arbitrari hominum illum impetum et conatum fuisse; Sulla 76. ſ. audacia; Phil. X, 11.

concursus: quae tum studia hominum, qui concursus futuri sint; div. Caec. 42. fit maximus concursus hominum; Verr. II, 187. ut me ... hoc concursu hominum litteratissimorum ... patiamini ... loqui liberius; Arch. 3. ſ. clamor; Sest. 85.

coniuratio: nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum qui te non metuat; Catil. I, 13. mea virtute ... perditorum hominum coniurationem patefactam esse decrevistis; ib. IV, 5.

conlaudatio: quae .. conlaudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat paene turpis; Piso 72.

conlegium: potentissimorum hominum conlegiis eripuit ... potestatem; Fr. B. VII, 5.

conlusio: tuorum comitum, hominum nequissimorum, conlusio (cum sit); Verr. III, 33.

conquestio: sed me .. non minus hominis sapientissimi atque ornatissimi Ser. Sulpicii conquestio quam Catonis accusatio commovebat; Muren. 7.

consensio: plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16.

consilium: habetis hominis consilia; Verr. V, 25. resistam consiliis hominum; leg. agr. II, 50. si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum ... hac de re posset iudicare; Muren. 83. tanta moderatio fuit hominis, tantum consilium; Sest. 88. consilium hominis probavit, fidem est complexus, officia observantiamque dilexit; Balb. 63. proinde quasi ... non hominum consilia legibus vindicentur; Milo 19. ſ. animus; Caecin. 52. 56.

conspectus: in deorum hominumque conspectu esset occisus; Sest. 83.

conspiratio: nihil de conspiratione audiebat certorum hominum; Deiot. 11.

constantia: nota tibi est hominis probitas, ... noti mores, nota constantia; Deiot. 16.

consuetudo: contra consuetudinem hominum (tibi dicendum putas); Sex. Rosc. 45. iudicium ... propter hominum malam consuetudinem nimiamque licentiam constitutum est; Tull. 8. retinere illam ... consuetudinem hominum immolandorum? Font. 31.

consulatus: precor ab eisdem dis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum; Muren. 1.

contentio: cum ... de privatorum hominum contentione iuris loquemur ||loquamur||; Caecin. 41. hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; Planc. 5.

contio: legem hominis contionemque exspectabam; leg. agr. II, 13. erant illae contiones perditorum hominum .. turbulentae; Sest. 106.

controversia: cum de ... legitimis hominum controversiis loquimur; Caecin. 47.

conventicula: conventicula hominum (facta sunt); Sest. 91.

conventus: erat hominum conventus maximus, summum silentium, summa exspectatio; Verr. II, 74. si .. ex omni copia conventus Syracusani, splendidissimorum honestissimorumque hominum faceres potestatem aratori; ib. III, 32. ludibrio esse ... hominum conventum atque multitudinem; ib. V, 100. sepulcrum L. Catilinae ... hominum audacissimorum ... conventu ... celebratum est; Flacc. 95. tanto conventu hominum ac frequentia; Arch. 3.

convicium: respondebo hominis furiosi non orationi ... sed convicio; dom. 3. ſ. clamor; Verr. I, 158.

copia: si maiorem etiam hominum honestissimorum copiam adferam; Font. 16. videtis ... eorum hominum copia populum Romanum abundare? ib. 43. erat enim Romae summa copia .. hominum eloquentissimorum; Cluent. 109. deleta Karthago est, quod .. hominum copiis ... imminere ... insulis populi Romani videbatur; leg. agr. II, 87.

corpus: cogitemus .. corpus ... magnorum .. hominum esse mortale; Sest. 143.

crimen: non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris; Planc. 91.

cultura: agros desertos ... a cultura hominum liberorum esse non oportere; leg. agr. II, 84.

cupiditas: se avarissimi hominis cupidati satis facere posse; Verr. a. pr. 41. securi esse percussos homines innocentis ... propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam atque improbissimam cupiditatem; ib. I, 76. cupiditati hominum ait se obviam ire; ib. 106. flagrabat tota domus praetoria studio hominum et cupiditate; ib. II, 133. quae dici possunt in hominum levitatem, inconstantiam, cupiditatem; Flacc. 66. ſ. avaritia; Verr. IV, 68. audacia; Sex. Rosc. 12. Verr. III, 152. Phil. III, 25.

cura: suspicionem hominum curamque minuerunt; sen. 33.

custodia: habetis hominis custodiam defensionemque provinciae; Verr. V, 25. populi Romani hostis privati hominis custodiis adservabitur? ib. 77. in externorum hominum maleficorum ... custodias tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? ib. 144. horribilis custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; Catil. IV, 8.

defensio: ſ. custodia; Verr. V, 25.

delictum: hominum delictum fortunae iudicio committere minime censorium est; Cluent. 129.

dementia: videte quantum intervallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam; leg. agr. II, 89. hominum quae ob delicta (expiatio debeatur), quaero; har. resp. 21.

dictum: homo ... obstupuit hominis improbi dicto; Verr. I, 66.

dignitas: cum ... legatorum decem summorum hominum dignitas ... intercederet; Verr. II, 40. quod ... propter hominis dignitatem acerbum ... videretur; ib. 111. video vos hominis dignitate ... esse commotos; leg. agr. II, 24. dignitas hominis ... ad C. Rabirium defendendum (me) est adhortata; Rabir. 2. dignitas hominis ... summam mihi ... infamiam inussisset; Muren. 8. cum Q. Metelli, nobilissimi hominis, summa dignitas ... rei publicae subvenisset; sen. 5. id se pro dignitate hominis ornare ac tueri posse; dom. 19. ut acta tui praeclari tribunatus hominis dignitate cohonestes; ib. 81. quae magis ad hominis dignitatem ... pertinerent; prov. cons. 26. ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus; ib.

diligentia: cognoscite ... hominis amplissimi diligentiam; Verr. I, 57. videte hominis virtutem et diligentiam; ib. IV, 73. nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia dicam; ib. V, 20. habetis hominis .. diligentiam, vigilantiam; ib. 25. videte hominis diligentiam; leg. agr. II, 23. videte hominis religionem et diligentiam; ib. 28. ſ. benignitas.

disciplina: quod tu ... evasisti non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ... disciplina educatus; Verr. III, 161. num quid nisi modeste, ... nisi ex hominis gravissimi ... disciplina? Deiot. 20.

dissensio: qui me ... dissensione hominum ad caedem instituta ... pulsum esse dixit; dom. 68.

dissimilitudo: contrarias hominum sententias ac dissimilitudines studiorum et ||ac|| voluntatum (putas esse); Verr. III, 6. propter hanc .. tantam dissimilitudinem hominum ... dissimilem me in utroque praebui; Sulla 17.

dolor: cognoscetis Entellinorum, hominum

summi laboris, ... dolorem et iniurias; Verr. III, 103. ex dolore hominum et fame ... senatum aliquid consilii capere oportuit ||potuit||; dom. 11.

domus: alterius tribuni plebis, [divini] hominis, ... domus est oppugnata; Sest. 85. dico ... cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti ||docti|| et cogniti domum Catilinam et Antonium ... convenisse; Fr. B. VIII, 1.

dubitatio: omni iure civili sine ... periti hominis [aut imperiti] dubitatione utantur; Caecin. 97.

edictum: cognoscite hominis aliud in re vetere edictum novum; Verr. I, 115. edictum enim hominis cognoscite; ib. II, 33.

effusio: quid effusiones hominum ex oppidis (dicam)? Piso 51.

error: nequam esse hominem ... et [falsa opinione] errore hominum ... commendatum sciebam; Sest. 22. obrepsisti ad honores errore hominum; Piso 1.

exemplum: adferet aliquod scelerati hominis exemplum; Phil. XIII, 34.

existimatio: haec ... viri boni faciunt .. hominum existimationis causa; Quinct. 51. quid .. facere potuit elegantius ad hominum existimationem? div. Caec. 57. si hominum existimatio non movebat; Verr. I, 87. innocens homo ... existimationi se hominum venditasset; ib. III, 132. quem ad modum hominum existimationi te ... probari velis; ib. 137. hominum existimatio gravis habebatur; ib. 210. cum ille se ... hominum existimatione impediri diceret; ib. IV, 66. ut eam ... non hominum existimatio contineret; ib. 101. vitae .. ratio dimanavit ad existimationem hominum; Cael. 6. amicissimi hominis existimatio offendenda est; Planc. 6.

exspectatio: exspectatio summa hominum (erat); Verr. V, 16. studuit animus ... satis facere exspectationi hominum; Sulla 69. ut famam ingenii exspectatio hominis ... superaret; Arch. 4.

facetiae: ne tum quidem hominum venustatem et facetias perspicere potuisti? Flacc. 76.

factum: cum ego ... exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda; prov. cons. 20.

facultas; prout Thermitani hominis facultates ferebant; Verr. II, 83.

fama: ut eam ... non hominum fama ... a cupiditate revocaret; Cluent. 12. timuisse ... vim deorum hominumque famam; ib. 15. hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem? Muren. 38. quorum ... honos inveteravit ... hominum famae et sermonibus; Sulla 24. ut hominum fama est; har. resp. 20. ab his fontibus profluxi ad hominum famam; Cael. 6. nihil hominum fama (redolet)? ib. 47.

fames: ſ. dolor.

familiaritas: statim se ad hominis egentis ... in iudiciis corrumpendis exercitati familiaritatem se applicavit; Cluent. 66. versatus in intima familiaritate hominis potentissimi; Balb. 58.

felicitas: de huius .. hominis felicitate ... utar moderatione dicendi; imp. Pomp. 47.

fidelitas: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in iniuria, tanta religio in testimonio; Verr. III, 74.

fides: cuius hominis fides imploranda est? Quinct. 94. pro deum hominumque fidem! Qu. Rosc. 22. 50. div. Caec. 7. Verr. III, 137. IV, 7. deum atque hominum fidem implorabis; ib. I, 25. quod eorum hominum fidei tabulae publicae ... committuntur; ib. III, 183. deorum hominumque fidem! Font. 4. summa est ... hominis ... in omnis homines iustitia et fides; Cluent. 196. qui .. credidit P. Fulvii Nerati, lectissimi hominis, fide; Flacc. 46. imploraret hominum ||omnium|| fidem; Cael. 65. ſ. benevolentia, benignitas, consilium; Balb. 63.

figura: nisi vero liniamentis hominis nomen et figuris positum, non naturis putas; Fr. B. XV, v, 1.

filius: alicuius hominis ... produxeram filium; Verr. I, 151. P. Iunii erat hominis de plebe Romana filius; ib. qua in civitate .. infimorum hominum filios ... deductum venire soleamus; Muren. 69. adulescentem nobilem Caesonium, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; Piso fr. 4.

fletus: indicat tot hominum fletus; Rab. Post. 48.

foeditas: o foeditatem hominis flagitiosam! o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! Phil. II, 15.

forma: etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis; Flacc. 12. beluae ... forma hominum indutae; Sulla 76.

fortuna: hominis propinqui fortunas .. evertere; Quinct. 53. sic etiam fortunis hominum abutebatur; Verr. V, 142. respicite .. hominum fortunas; Cluent. 58. pauci de hominum fortunis sententiam fertis? ib. 147. adhibeatis in hominis fortunis misericordiam; Rabir. 5. non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas quam res publica consulem ad communem salutem defendendam vocare; Muren. 5. si nobilitas hominis, si adflicta fortuna ... non tam inlustres fuissent; Sulla 37. si innocentissimi hominis fortunas ... condemnari volunt; Balb. 6. ſ. caput; Quinct. 94.

frequentia: summa hominum frequentia; Verr. II, 189. V, 17. hoc ... ex hac frequentia colonorum, honestissimorum hominum, intellegere potestis; Sulla 61. quod omni frequentia atque omni genere hominum celebratur; Sest. 124. ſ. conventus; Arch. 63.

frons: quae (tabella) frontis aperit hominum, mentis tegit; Planc. 16.

frugalitas: iam vero hominum ipsorum ... ea patientia, virtus frugalitasque est; Verr. II, 7.

furor: quod potuit ... sceleratorum hominum furor detrahere; Quir. 19. hominis .. scelere et furore notato; dom. 68. cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentium ||amentia|| furore et scelere defendi; ib. 144. cessi tribuni plebis, despicatissimi hominis, furori; Sest. 36. cum ... furori hominis, sceleri, perfidiae, telis minisque cessissem; ib. 53. abiecti hominis ac semivivi furorem petulantiamque fregistis; Piso 31. novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam; Phil. XII, 26.

furtum: Sicilia tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates ignominiasque perpessa; Verr. III, 64. qui eius modi hominum furta ... persequebantur; ib. IV, 53.

genus: dum hominum genus erit; Sex. Rosc. 91. ut est hominum genus ..; div. Caec. 28. profiteor huic generi hominum me inimicum accusatorem; Verr. a. pr. 36. necesse est, ... aliud genus hominum ... requirat; ib. I, 22. si cuiquam generi hominum sive Siculorum sive nostrorum civium ... probatus sit; ib. II, 17. genus aliquod hominum (est)? ib. 137. cum ... id hominum genus ... tibi est inimicissimum; ib. 149. quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possum? ib. 166. quod est aliud in illa provincia genus hominum? ib. 167. de honestissimo genere hominum ... ea iura constituebas; ib. III, 27. quod genus hominum .. conservare debuisti; ib. 75. malo .. te isti generi hominum quam mercatoribus inimicum atque infestum putari; ib. V, 153. cum populus Romanus aliud genus hominum ... requirit; ib. 177. quae constat ex eis generibus hominum; Font. 12. cuidam hominum generi .. iucundior fuit; Cluent. 110. quod genus hominum ... ab hoc plebicola tribuno plebis .. eicitur; leg. agr. II, 84. atqui ei generi hominum ... Campanus ager ... servatur; ib. III, 16. exponam ... ex quibus generibus hominum istae copiae comparentur; Catil. II, 17. noli .. eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii; Muren. 71. novi genus hominum; Flacc. 51. illud erat hominum genus horribile; Sulla 59. quid dulcius hominum

generi ab natura datum est? Quir. 2. quoniam me quattuor .. hominum genera violarunt; ib. 21. constat .. nullis umquam comitiis campum Martium ... tanto splendore omnis generis hominum ... floruisse; dom. 75. huic hominum generi fateor ... multos ... invidos esse; Sest. 138. quae sit multitudo in foro, quae genera, quae studia, quae varietas hominum videtis; Cael. 21. pauci post genus hominum natum reperti sint; Balb. 26. cum sit hoc generi hominum ... datum; Rab. Post. 2. qui semper genus illud hominum ... neglexit; Milo 3. si in gladiatoriis pugnis et infimi generis hominum condicione ... timidos ... odisse solemus; ib. 92. si quidem gloria est ... pervagata ... in omne genus hominum fama meritorum; Marcell. 26. dum genus hominum ... exstabit; Phil. II, 51. huic hominum generi maiores nostri sic parcendum .. arbitrabantur; Fr. A. III, 15. ſ. frequentia; Sest. 124.

gloria: qui ... eorum hominum ... gloriam ... virtute superarit; imp. Pomp. 27.

gratulatio: hominis amplissimi nova gratulatio commovebat (eos); Verr. a. pr. 21. ut ne hominis miseri et cum corporis morbo tum animi dolore confecti, L. Murenae, recentem gratulationem nova lamentatione obruatis; Muren. 86. accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat; Sest. 131.

gravitas: huic gravitati hominis videbat ille gladiator se ... parem esse non posse; Sest. 88. apud Atheniensis, homines Graecos, longe a nostrorum hominum gravitate diiunctos non deerant; ib. 141. ſ. auctoritas; Verr. I, 106.

greges: si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges; Catil. II, 10. greges hominum perditorum tumultum nobis ... adferebant; Sulla 66.

homo: Q. Catii Aemiliani, hominis honesti, ... duo homines occiderunt; Tull. 19.

honestas: habetis .. honestatem hominis; Flacc. 49.

honor: honorem hominis ... violare noluit; Verr. II, 51. si hominum clarissimorum ... aut honorem minuero aut studium ... repudiaro; prov. cons. 39.

humanitas: hominum nationumque illarum humanitas et lepos .. (eum) retinet; prov. cons. 29.

humilitas: superbiam ... deridendam .. arbitrarentur propter humilitatem hominis; Cluent. 112.

ignominia: ut viderentur per hominum .. ignominiam sua auctoritate iudicia reprehendisse; Cluent. 130. ſ. furtum.

imago: qui hominis ... seditiosi imagine .. mortem eius honestaret; Rabir. 24.

impedimentum: at cuius hominis (impedimenta retinuit)? Verr. IV, 22.

impetus: numquam me ... in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem; Arch. 14. Licinium ... illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse; Cael. 63. tu illos impetus perditorum hominum ... in nostras domos immisisti? Phil. II, 91. in me impetus conductorum hominum ... parabatur; ib. XIV, 15. ſ. conatus.

improbitas: non horreo ... improbitati hominum resistere; leg. agr. II, 101. ſ. audacia; Verr. II, 71. III, 152.

imprudentia: hominis avarissimi ... aut imprudentiam subterfugit aut satietati superfuit; Verr. a. pr. 13.

impudentia: os hominis insignemque impudentiam cognoscite; Verr. IV, 66. tametsi ea est hominis impudentia; ib. V, 82. cum riseritis impudentiam hominis; har. resp. 8. quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare? Scaur. 19. ſ. adrogantia; Verr. IV, 151. foeditas.

impunitas: sceleratissimorum hominum impunitas propagatur; prov. cons. 17.

inconstantia: de cuius hominis levitate et inconstantia plura non dicam; Cluent. 135. ſ. cupiditas; Flacc. 66.

industria: odistis hominum novorum industriam; Verr. III, 7. videmus quanta sit invidia ... novorum hominum virtus et industria; ib. V, 181.

infirmitas: unius hominis senectus infirmitas solitudoque temptata est; Rabir. 2.

ingenium: mirum est hominis ingeninm, mira prudentia; Verr. I, 115. quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis; Arch. 31. quae ... de hominis ingenio ... locutus sum; ib. 32. quod minimum specimen in te ingenii? ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi; Piso fr. 2. ſ. calliditas.

inimicitiae: cur inimicitias hominis improbissimi susciperem; Verr. II, 117. tantas inimicitias tot hominum suscepturus es; ib. V, 180. hominum potentissimorum suscepit inimicitias; ib. suscipio inimicitias perditorum hominum; Catil. II, 11. inimicitias hominum more gerere poteratis; Deiot. 30.

iniquitas: quo non ... nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit; Verr. III, 207. ſ. furtum.

iniuria: Cn. Domitium scimus M. Silano diem dixisse propter unius hominis ... iniurias; div. Caec. 67. ut .. iniurias nostrorum hominum perferendas putarent; Verr. II, 9. utinam .. licuisset per hominum vim et iniuriam populo Romano ei gratiam referre; Planc. 77. ſ. dolor. fidelitas.

insania: ſ. adrogantia; Phil. V, 29.

insidiae: id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Cael. 54.

insignia: obicias licet ... aliqua habuisse non Romani hominis insignia; Rab. Post. 25.

insolentia: insolentiam noratis hominis; Cluent. 109. quanto cum dolore vidi (eum), .. insolentiam certorum hominum ... extimescentem; Marcell. 16. ſ. adrogantia; Phil. II, 84.

instituta: horum nos hominum sectam atque instituta persequimur; Verr. V, 181.

integritas: propter integritatem hominis (eum laedis)? Qu. Rosc. 25. sedulitatem atque integritatem hominis videtis; Sest. 71.

intemperantia: qui ... (non) potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare; sen. 11.

interpretatio: habetis ... sapientissimorum hominum .. interpretationem iuris ac foederum; Balb. 51.

invidia: adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde invidiam; Phil. XI, 23.

invitatio: ſ. adventus; Verr. I, 105.

iudicium: quicum me deorum hominumque iudicium coniunxerat? div. Caec. 65. iam hoc magnum iudicium hominum (est); Verr. I, 111. ex hominum iudicio et voluntate (accusatio nascitur); ib. II, 162. in hominis honesti ... iudicio ... meo consilio uti consuevi; Cluent. 144. negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere; Muren. 74. sciasne te severissimorum hominum, Sabinorum ... iudicio notatum (esse)? Vatin. 36. quae sunt maxima illa quidem sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata; Phil. V, 35. in unius hominis perditi iudicio plures similes reperti sunt; Fr. B. XIII, 8.

ius: quibus in rebus ... hominum iura ... repudiavit; Verr. II, 126. quae vitiis animi in deterrimas partis iura hominum convertit omnia; Cluent. 199. qui omnia deorum hominumque iura ... scelere polluerit; Phil. XI, 29.

iustitia: ſ. benignitas.

laetitia: istius hominis perditi subita laetitia ... commovebat (eos); Verr. a. pr. 21.

latro: me .. latronem ac sicarium abiecti hominis et perditi describebant; Milo 47.

laus: haec .. hominum ornatissimorum ... communis est laus; Sulla 82.

lepos: ſ. humanitas.

levitas: viedete levitatem hominis; Phil. II, 77. ſ. cupiditas; Flacc. 66. inconstantia.

lex: non .. videtur hominis lex esse; leg. agr. III, 5. quod meam legem contemnit, hominis inimici; Sest. 135. ſ. contio.

libertus: hominum gratiosorum ... libertis fuit Asia tradenda? Flacc. 88.

libido: in hac libidine hominum nocentissimorum ... cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer; div. Caec. 9. in hac hominum libidine ... recte factum esse defendes? Verr. III, 205. ad hanc hominum libidinem ac licentiam me abducis; ib. 210. non enim iam sunt mediocres hominum libidines; Catil. II, 10. ut omnis hominis libidines, omnia stupra ... delicatissimis versibus expresserit; Piso 70. quos hominum libido delegerit; ib. 94. ſ. foeditas. iniquitas.

licentia: quod ... est constitutum propter ... nimiam .. hominum *licentiam;* Tull. 46. compressa hominum licentia; Milo 78. ſ. consuetudo; licentia; Verr. III, 210.

liniamenta: ſ. figura.

litterae: possumus P. Servilii et C. Antistii magistrorum litteris, primorum hominum, ... quod dicimus obtinere; Verr. III, 168. planius se confirmare crimen libidine barbarorum quam nostrorum hominum litteris arbitretur? Font. 4.

luxuries: existimabat ea non ad hominum luxuriem ... esse facta; Verr. II, 98.

maledictum: si me ... efferret .. ad gloriam in refutandis maledictis hominum ... animi quidam dolor; har. resp. 17. si existimant perditi hominis profligatique maledictis posse ... cuiusquam gloriam ... violari; ib. 6.

maleficium: declarant se ... hominum maleficio deterritos esse; Sulla 13.

manus: contra vos manus hominum audacissimorum ... comparantur; leg. agr. III, 16. cum ... facinorosorum hominum et perditorum manum videris; Vatin. 40. ſ. clamor; Sest. 85.

memoria: ut nemo umquam post hominum memoriam ... compositior ad iudicium venisse videatur; Verr. a. pr. 32. ut ego hunc unum eius modi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer; ib. I, 9. dum istius hominis memoria maneret; ib. II, 50. quod nemo umquam post hominum memoriam fecit; ib. III, 44. crimen ... post hominum memoriam ... gravissimum; ib. 130. quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam ... invasit; ib. V, 98. quae ... nova post hominum memoriam constituta sunt; imp. Pomp. 62. id ... hominum memoria non comprehendatur; Cluent. 140. quam (Karthaginem) ... ad aeternam hominum memoriam consecravit; leg. agr. I, 5. existimare debetis .. post hominum memoriam rem nullam maiorem ... esse delatam; Rabir. 4. si hoc post hominum memoriam contigit nemini; Catil. I, 16. bellum ... post hominum memoriam crudelissimum et maximum; ib. II, 28. in hoc .. uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello; ib. III, 25. ut constet post hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis ... fuisse; Sulla 82. est ridiculum ... de hominum memoria tacere; Arch. 8. qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam .. consules ... deseruerunt; sen. 10. qui hac hominum memoria tertius ante me consularis ... expulsus est; ib. 38. o post hominum memoriam fortissimi ... consules! har. resp. 15. valet apud nos clarorum hominum et bene de re publica meritorum memoria etiam mortuorum; Sest. 21. me ... singulari studio magnificentissime post hominum memoriam consulem factum; Vatin. 6. monemur a fortissimo viro atque optimo post hominum memoriam consule; prov. cons. 39. instant post hominum memoriam apparatissimi ... ludi; Piso 65. ne suavissimi hominis memoria moreretur; ib. 93. calamitas utinam ex hominum memoria posset evelli! Planc. 70. consules post hominum memoriam taeterrimi ... a bonis omnibus defecerant; ib. 86. quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est; ib. 87. magnis excitantur praemiis ac memoria hominum sempiterna; Rab. Post. 42. qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum rei publicae profuisse ... sentiat? Milo 77. quae (res) commendatior hominum memoriae sempiternae (est)? Phil. II, 32. quem ego ... tradam hominum memoriae sempiternae; ib. XIII, 40.

mens: quae causa Oppianici hominis avarissimi mentem maxime commovebat; Cluent. 44. eorum hominum ... mentibus pauca respondebo; Catil. I, 29. mentes .. hominum audacissimorum sceleratae ... ne vobis nocere possent ego providi; ib. III, 27. quod ais nulla re adlici hominum mentis oportere; Muren. 76. ut eius ... omnis memoria .. ex oculis hominum ac mentibus tolleretur; dom. 114. si certorum hominum mentis ... placare possumus; Balb. 62. fatalis quaedam calamitas .. videtur .. improvidas hominum mentis occupavisse; Ligar. 17. ſ. cogitatio; Verr. V, 35. frons.

mentio: tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis? Rabir. 13. audetisne ... facere istorum hominum mentionem? Cael. 71.

merces: qui .. convenit ... in [tanta] mercede hominis ... mille talentum decessionem esse concessam? Rab. Post. 31.

metus: abuti deorum immortalium numine ad hominum *metum* timoremque voluisti? dom. 125.

mille: quo in fundo propter insanas illas substructiones facile hominum mille versabantur valentium; Milo 53. — milia: si quinque hominum milibus ... locus atque urbs ... quaeritur; leg. agr. II, 77. pro me ... hominum ... viginti milia vestem mutaverunt; Quir. 8. cum tot hominum milia accumberent; Vatin. 31.

minae: hunc ... audacissimorum hominum minis ... cedere curasti; dom. 5. ſ. furor; Sest. 53.

miseriae: quo facilius .. hominis innocentissimi miserias ... cognoscere possitis; Sex. Rosc. 14.

misericordia: memineram ... C. Marium ... ad infimorum ac tenuissimorum hominum [Minturnis] misericordiam confugisse; Sest. 50.

moderatio: ſ. consilium; Sest. 88.

modestia: hominum honestorum modestiam prudentiamque quaerebas; dom. 54.

mors: mors hominis florentissimi Sex. Roscii (ante oculos versabatur); Sex. Rosc. 24. quasi ... non divini hominis Africani mors honestaretur; Muren. 75. quem (maerorem) ex crudeli et miserabili morte C. Trebonii, optimi civis moderatissimique hominis, accepimus; Phil. XI, 1.

mos: totam vitam, naturam, moresque hominis ... cognoscite; Sex. Rosc. 109. placent vobis hominum mores? Verr. III, 208. ut ... de vita hominis ac de moribus dicam; Sulla 69. more hominum invident; Balb. 56.

multitudo: quanta multitudo hominum convenerit ... vides; Sex. Rosc. 11. quanta illic multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur; Verr. II, 160. eos concludit, magnam hominum multitudinem; ib. IV, 54. etenim iste Agrigenti, credo propter multitudinem illorum hominum atque virtutem, ... non audebat palam poscere ..; ib. IV, 93. multitudo hominum haec erat maxima; ib. V, 94. cum ... multitudinem hominum coëgerit; Caecin. 33. ubi coacta hominum multitudo (fuerit); ib. 41. causam fugae dicitis ... multitudinem hominum; ib. 44. eos esse talis propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur; imp. Pomp. 64. cum eius in nuptiis ... multitudo hominum prandet; Cluent. 166. o ... multitudinem hominum ex servis ... congregatam! dom. 89. haec .. innumerabilis hominum multitudo ... quid declaravit? Sest. 125. haec ... splendidissimorum hominum ... multitudine redundat; Piso 25. nullis comitiis neque multitudinem hominum tantam neque splen-

dorem fuisse; ib. 36. quae (nationes) numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare; prov. cons. 31. ſ. conventus; Verr. V, 10. genus; Cael. 26. gratulatio; Sest. 131.

natura: quod in communibus hominum sensibus atque ipsa natura positum atque infixum est; Cluent. 17. qui vitam hominum naturamque non nossent; Sulla. 36. quae (disputatio) ducatur ex natura hominum; Fr. C. 17. ſ. figura. mos; Sex. Rosc. 109.

necessitudo: quem (agrum) ego excipi .. propter hominum necessitudinem ... gaudeo; leg. agr. II, 57.

nepos: C. Cato, duorum hominum clarissimorum nepos; Verr. IV, 22. cum omnes *te* recordarentur libertini generum et liberos tuos nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse; Phil. II, 3.

nequitia: ſ. cupiditas; Verr. I, 76. foeditas.

nervi: qui enim in eius modi vita nervi esse potuerunt hominis? Sest. 16.

nex: cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quaereretur, ad necem legati, ad L. Luccei, sanctissimi hominis ... labem sceleris sempiternam; Cael. 52. ut clarissimorum hominum crudelissimam poeniretur necem; Phil. VIII, 7.

nobilitas: ſ. fortuna; Sulla 37.

nomen: nomen refertur ... Sex. Roscii, hominis studiosissimi; Sex. Rosc. 21. hominum adrogantium nomina (proponit mihi); Verr. a. pr. 15. nomen hominis audacissimi detuli; ib. I, 15. vilitas annonae ... consecuta est unius hominis spe ac nomine; imp. Pomp. 44. qui ... hominis doctissimi nomen tuis immanibus ... moribus praetendere (solos); Vatin. 14. ne deos quidem immortalis velle ... sibi supplicari hominis impurissimi ... nomine; prov. cons. 14. pueris nobis audisse videor L. Aelium ... nomen Q. Muttonis, hominis sordidissimi, detulisse; Scaur. 23.

numerus: ad eum numerum clarissimorum hominum tuum .. nomen ascripsit; Verr. II, 110. modo aratorum honestissimorum hominum ... maximum numerum abs te abalienasti; ib. 155. qui numerus est in Sicilia maximus hominum honestissimorum; ib. III, 108. ut in illo antiquissimorum ... hominum ... numero reponantur; ib. 210. isti ... patrem ... in hominum numero putabat; ib. IV, 41. tantum hominum numerum ... pepercisse huius capiti; Font. 3. est praeterea numerus ... hominum honestissimorum; ib. 13. quem ex tanto hominum numero testem ... producere potestis? ib. 16. ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intellegetis; leg. agr. II, 79. ingentem numerum perditorum hominum conlegerat; Catil. II, 8. ex hoc hominum numero ... in impiorum partem ... (hunc) transferetis? Sulla 77. eum .. ex numero hominum eiciendum ... puto; Phil. XIII, 1. ſ. genus; Verr. IV, 166. multitudo; prov. cons. 31.

nundinatio: quin eam rem tu ad tuum quaestum nundinationemque hominum traduxeris; Verr. II, 120.

oblivio: dedecora ... oblivione hominum ac taciturnitate tegere voluisti; Verr. V, 138.

observantia: ſ. consilium; Balb. 63.

oculi: cum pulchritudo eius recens ad oculos hominum ... perveniret; Verr. IV, 64. ſ. mens. dom. 114.

odium: si es odium ... universorum hominum rusticanorum; Vatin. 39. quos ... interemit ... L. Antonius, insigne odium omnium hominum; Phil. XIV, 8.

offensio: timeo quidnam pro offensione hominum ... eloqui possim; div. Caec. 42.

officium: ſ. consilium; Balb. 63.

opes: summis opibus, summo studio ... hominum defendatur; Verr. I, 3.

opinio: qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur; Verr. I, 48. quae est opinio hominum ... falsa; ib. 60. opinione hominum paene damnatus; ib. IV, 34. ut hominum opinio et religio fert; ib. V, 185. sicut opiniones hominum ac religiones ferunt; ib. 187. quae (causa) ... opinione hominum tacita prope convicta atque damnata sit; Cluent. 7. hominem aedilicium iam praetorem opinionibus hominum constitutum; ib. 79. opinione .. hominum (nomen turpe est); dom. 72. erat .. hominum opinione nobilitate ipsa ... commendatus; Sest. 21. nulla hominum postulatione aut etiam opinione id eum umquam esse facturum; ib. 89. quod .. numquam hominum sermo atque opinio comprobasset; Cael. 69.

oratio: exstat oratio hominis ... nostrorum hominum ingeniosissimi; Font. 39. ſ. convicium.

ordo: ſ. genus; Verr. IV, 166.

ornamenta: cum in superioribus causis hominis ornamenta fuerint; prov. cons. 29. hominis ipsius ornamenta adiumento causae ... esse malitis; Balb. 19.

os: caterva ... in ore impuri hominis imminens contionata est; Sest. 118. os ut videam hominis exspecto; Piso 51. ſ. audacia; Verr. II, 48. impudentia; ib. IV, 66.

pactio: ex una pactione hominis honesti ... cognoscite; Verr. III, 92.

pars: quod (periculum) .. offendit animos maioris partis hominum; Phil. VII, 16.

patientia: ſ. frugalitas.

pectus: tuum hominis simplicis pectus vidimus; Phil. II, 111.

pecuniae: in multas .. pecunias alienissimorum hominum ... invasit; Phil. II, 41.

perfidia: ſ. furor; Sest. 53.

periculum: ut ... istius hominis improbissimi pericula sublevares? Verr. I, 77. qui ad hominum pericula depellenda adiungerer; Cluent. 17. etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem; ib. 51. ut omnis mihi cura ... posita sit in hominum periculis defendendis; ib. 157. ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam; Muren. 8. miseram condicionem instituet periculis hominum; ib. 60. si in tanto hominis de me optime meriti periculo ... voluntati parere voluissem; Vatin. 2. cum ... alienorum hominum pericula defendere acerrime soleas; Fr. B. IX, 5.

periuria: potest ... sceleratorum hominum periuria ... refutare; Font. 45.

petitio: novi omnis hominis petitiones rationesque dicendi; div. Caec. 44.

poena: ut ... novem hominum perditissimorum poena ... reliquorum mentis sanari posse arbitraretur; Catil. III, 14. domicilium imperii quinque hominum amentium ... poena redemi; Sulla 33. tibi ... intelleges hominum poenas deesse; har. resp. 38.

postulatio: ſ. opinio; Sest. 89.

potentia: hominum eius modi perniciosam ... potentiam ... opprimere debetis; Sex. Rosc. 36. ut ... contra periculosas hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini; Cael. 22.

praedia: qui ei venit in mentem praedia concupiscere hominis ignoti? Sex. Rosc. 105.

praesidium: ius legatorum cum hominum praesidis munitum sit; har. resp. 34.

praetura: quis non ... diligentissimam .. praeturam illius hominis existimat? Verr. III, 216.

preces: M. Messallae, hominis necessarii, preces sustinere potui; Sulla 20.

principium: cognoscite hominis principium; Verr. I, 34.

prudentia: omitte istam .. doctorum hominum prudentiam; Marcell. 25. ſ. ingenium; Verr. I, 115. modestia.

pudor: ſ. odium; Sulla 74.

quaestus: nundinatio.

querella: iamne ... sentis quae sit hominum

querella frontis tuae? Piso 1. quae (petitio) et risus hominum et querellas moveret; Phil. II, 98.

rapinae: ſ. furtum.

ratio: si non hominis ... rationem haberet; Quinct. 97. quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huius modi est? Verr. I, 36. non hominis ... vis ac ratio consideranda est; ib. III, 199. reperta est eadem istius hominis avarissimi ratio; ib. V, 87. quorum ope ... magis haec res publica quam ratione hominum ... gubernatur; Rabir. 5. sapientis hominis cogitata ratio postulasset; har. resp. 3. ſ. petitio.

reditus: non .. pro meo reditu ut pro P. Popilii, nobilissimi hominis, adulescentes ... deprecati sunt; Quir. 6.

religio: ad religionem hominis revertamur; leg. agr. II, 28. mecum deorum et hominum sanctitates omnes et religiones afuerunt; sen. 34. ſ. diligentia; leg agr. II, 28. opinio; Verr. V, 185. 187.

res: iste in tanta re tot hominum T. Vectium ad se arcessit; Verr. V, 114. rem .. integram hominis non alieni ... defendere humanitatis esse putabamus; Cluent. 57.

risus: qui risus hominum! Phil. II, 73. ſ. querella.

rogatus: emissus (est) ... necessarii hominis ... rogatu; Planc. 31.

rumor: ut auctorem rumorem haberetis sermonemque hominum ‖sermonesque omnium‖; Verr. III, 49. maerorem matri .. hominum rumor ... nuntiavit; Cluent. 28. cum .. omnis offensiones iudiciorum ... ex hominum rumore proferrem; ib. 139.

rumusculi: imperitorum hominum rumusculos aucupati; Cluent. 105.

salus: ad meam unius hominis salutem senatus auxilium ... implorandum putavit; Piso 34. ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; Ligar. 1.

sanctitas: ſ. religio; sen. 34.

sanguis: hominis propinqui sanguinem vitamque eripere conatur; Quinct. 39. ut eius libidinem hominum innocentium sanguine elui ‖lui‖ velles? Verr. I, 77. tibi hominum innocentium sanguis ... voluptati ... fuit; ib. V, 138. ſ. caedes.

sanitas: [hominum in re publica sanitas remanere potuisset]; Phil. XIII, 2.

satietas: ſ. imprudentia.

scelus: usitatum hominis facinorosi scelus (est); dom. 12. quae (poenae) .. sunt hominum sceleri ... constitutae; har. resp. 39. oportere hominum audacium ... sceleri legibus ... resistere; Sest. 86. cur .. in hominum sceleribus ... poenas in diem reservatis? Cael. 59. ſ. audacia; Sex. Rosc. 12. Verr. III, 152. furor; dom. 68. Sest. 53.

scientia: ſ. auctoritas; Verr. I, 106. — secta: ſ. instituta. — sedulitas: ſ. integritas.

sensus: tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus; Muren. 74. ſ. animus; Sest. 47. natura; Cluent. 17.

sententia: ut ... hominum sententiae notarentur; Verr. a. pr. 40. sunt servi illi de cognatorum sententia, nobilissimorum ... hominum, manu missi; Cael. 68. variatis hominum sententiis; Milo 8. ſ. dissimilitudo.

sermo: ausum esse ... in sermone hominum audaciae suae monumentum aeternum relinquere? Verr. I, 129. ut ... in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret; ib. IV, 13. nam fuisse hunc tum hominum sermonem recordari potestis; Cluent. 85. vix feram sermones hominum; Catil. I, 23. non ex sermone hominum recenti ... eruenda memoría est nobilitatis tuae; Muren. 16. ex omni hominum sermone ... patrimonio suo vindicavit; Sulla 59. ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium .. ad vestras auris permanarent; Balb. 56. quod sermo hominum ad memoriam patrum [virtute] celebretur; Rab. Post. 2. ſ. fama; Sulla 24. invidia. opinio; Cael. 69. rumor; Verr. III, 49.

sicarius: ſ. latro.

signa: tabulae .. signis hominum nobilium consignantur; Quinct. 25.

similitudo: ut sibi praeter formam nihil ad similitudinem hominis reservarit; Cluent. 199.

societas: „nec Lepidi societatem violare, piissimi hominis (potest)“; Phil. XIII, 43.

solitudo: ingenium; Rabir. II, 1. — sollertia: ſ. calliditas.

species: horum hominum species est honestissima; Catil. II, 18.

spes: ſ. nomen; imp. Pomp. 44.

splendor: Sthenius non splendorem hominis ... secutus est; Verr. II, 107. ſ. multitudo; prov. cons. 31.

statua: neque eius hominis (statuas esse voluerunt); Verr. II, 161. statuae veterum hominum deiectae (sunt); Catil. III, 19.

studium: hominum studia defervisse intellegebat; Cluent. 108. cum me intellegam non hominum potentium studio ... consulem .. factum; leg. agr. II, 7. etiam si hominum studia deficiant; Catil. II, 25. operae pretium est, ... libertinorum hominum studia cognoscere; Catil. IV, 16. graviter ... ferremus ... alienigenarum nos hominum studiis atque paterna virtute privari; Balb. 25. ſ. concursus; div. Caec. 42. cupiditas; Verr. II, 133. genus; Cael. 21. honos. opes; Verr. I, 3

stupiditas: incredibilem stupiditatem hominis cognoscite; Phil. II, 80.

stupor: sed stuporem hominis ... attendite; Phil. II, 30.

stuprum: ſ. libido; Piso 70.

supellex: tu C. Cacurii, prompti hominis ..., supellectilem omnem auferre non dubitasti; Verr. IV, 37.

suspicio: ne quis forte me ... adfingere aliquid suspicione hominum arbitretur; Verr. IV, 67. ille tot suspicionibus certorum hominum ... exulceratus; dom. 28. ſ. invidia.

tabulae: per tabulas hominis * citi pecuniam expensam tulerunt; Qu. Rosc. 1. nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero; Verr. I, 156.

taciturnitas: ſ. oblivio.

telum: decessi unius hominis telo proterritus; Caecin. 47. ſ. furor; Sest. 53.

tenuitas: tenuitas hominis eius modi est; Sex. Rosc. 86.

testamentum: quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hominis honestissimi; Cluent. 135.

testimonium: recita testimonium ... hominum ornatissimorum; Qu. Rosc. 43. hominum honestorum ‖honestissimorum‖ testimoniis ... non credere? Verr. I, 128. quid ego hic nunc Sex. Pompei Chlori testimonium recitem, ... hominis honestissimi? ib. II, 23. (quid testimonium) Q. Caecilii Dionis, hominis probatissimi (recitem)? ib. meministis ... rem .. hanc totam C. Sacerdotis hominis ornatissimi testimonio comprobari; Verr. II, 119. itaque Mnasistrati, hominis honestissimi ... testimonium, iudices, audistis; ib. III, 109. repente in M. Annii, hominis splendidissimi, testimonio ... exsiluit; ib. V, 73. adductus Valentinorum, hominum honestissimorum ... testimoniis; ib. 158. audite ... hominum honestorum testimonium; Tull. 24. vos id in testimoniis hominum barbarorum dubitabitis? ib. 23. non recito testimonia hominum honestissimorum; Cluent. 99. ſ. fidelitas.

traductio: cum ... intentus est arcus in me unum ... traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi; Sest. 15.

tribus: eam tribum .., severissimorum praesertim hominum, ... edere debuisti; Planc. 38.

trucidatio: videtis ... hominum trucidationes; Tull. 42.

varietas: ſ. genus; Cael. 21.

vena: ut venas hominis incideret; Piso 83.

venustas: ſ. facetiae.

verbum: est .. illius (verbum), ... hominis eius; Sest. 132.

vigilantia: ſ. diligentia; Verr. V, 25.

vilicus: Halicyensis Eumenidae, nobilis hominis, ... vilicus cum ... insimulatus esset; Verr. V, 15. litteras misit de vilico P. Septimii, hominis ornati; Flacc. 88.

violentia: ſ. furor; Phil. XII, 26.

virtus: tantamne unius hominis ... virtus ... lucem adferre rei publicae potuit? imp. Pomp. 33. hominum ignobilium virtutem .. nobilitatis inertiae praetulerunt; Balb. 51. ſ. frugalitas. industria. multitudo; Verr. IV, 93.

vis: si ... vis armatorum hominum ... approbata videatur; Caecin. 38. non quo mihi ... vis privati hominis displiceret; dom. 91. in eius domum adflictam et eversam per [vim] hominis sceleratissimi; ib. 107. vi sceleratorum hominum corroborata; Sest. 89. vi perditorum hominum incitata; Vatin. 21. circumsaeptus ‖circumsessus, circumclusus‖ lectis valentissimorum hominum viribus; Phil. XII, 24. ſ. clamor; Sest. 85. multitudo; Verr. II, 160. ratio; ib. III, 299.

vita: cum vita hominis perditissima tum singularis audacia ostendatur necesse est; Sex. Rosc. 62. sic vita hominum est; ib. 84. quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita; imp. Pomp. 59. quoniam ... vita C. Rabirii, hominis miserrimi, ... vestris manibus ... permittitur; Rabir. 5. mentis, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem ... demigrasse; ib. 30. ſ. audacia; Cluent. 50. mos; Sex. Rosc. 109. Sulla 69. natura; ib. 36. sanguis; Quir. 39.

vitium: perditorum hominum vitiis .. ista tanta importunitas ... exarsit; Sulla 75.

vituperatio: ſ. sermo; Verr. IV, 13.

voltus: nec mihi longius quicquam est, .. quam videre hominum voltus; Rab. Post. 35. voltus hominum te intuentium atque admirantium recordare; Deiot. 20.

voluntas: dixisset contra alicuius hominis nobilis voluntatem; Verr. I, 155. voluntatemne hominum (ut secuti esse videamini)? Font. 32. nihil obscurius voluntate hominum (est); Muren. 36. tot hominum gratiosorum laesae voluntates; Flacc. 6. in hominum voluntatibus ... laedendis; Quir. 24. pugnem .. contra nobilissimorum hominum voluntates? Fr. B. VII, 1. ſ. avaritia; Verr. III, 220.

vox: ex quo intellegi potuit ... populum Romanum ... hominum seditiosorum vocibus ... concitari; Cluent. 138. ut eiusdem hominis voce et declaratus consul et defensus beneficium ... tueatur; Muren. 2. multum haec vox .. valere deberet eius hominis; Sulla 14. quod quemquam clarum hominem ... impurissimi voce hominis violari facile patiuntur; har. resp. 46. haec nec hominis nec ad hominem vox est; Ligar. 16.

usus: usu .. bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus; Font. 41.

uxor: Xenonis Menaeni, nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus; Verr. III, 55. ad uxorem Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura fuisse dicebat; Cluent. 52.

elliptiſch: testis non invenitur in ducenties et tricens sestertio. quam multorum hominum? Font. 4.

2. **mit Präpoſitionen:** alqs de: si quis .. de nostris hominibus ... isto studio ac voluntate non abhorrens fuit; Flacc. 9. — ex: ex quibus .. hominibus ... tibi hospes aliquis est recipiendus; div. Caec. 50. non habes ne ex his quidem hominibus ... ullum auctorem istius aestimationis; Verr. III, 210. qui .. dicit testimonium ex nostris hominibus; Flacc. 12.

certamen cum: cogitas, tibi cum homine ... futurum esse certamen; div. Caec. 44.

commercium cum: nisi arbitramini ... potentissimis hominibus, ... commercium ... cum Graecis hominibus non fuisse; Verr. IV, 133.

constituta in: reperietis .. haec in uno homine pecunioso tot constituta; Verr. V, 23. quae in omnibus hominibus nova ... constituta sunt; imp. Pomp. 62.

crudelitas in: ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa esse videatur; Verr. V, 150.

interdictum de: auderesne dicere interdictum esse de hominibus armatis? Caecin. 62. ostendo ex hoc interdicto de ARMATIS HOMINIBUS; ib. 91. in hoc interdictum, de HOMINIBUS ARMATIS, non additur; ib.

iudicium de: iudicio de vi coactis armatisque hominibus; Tull. 9. de quo homine vos ... tam praeclara iudicia fecistis? imp. Pomp. 43. vestrum ab illis de eodem homine iudicium ... improbari; ib. 63.

maledicta in: equitum ego Romanorum in homines nobilissimos maledicta ... commemorem? Planc. 33.

praeiudicium de: de quo homine praeiudicium noluerit fieri per recuperatores; Verr. III, 153.

quaestio de: isdem de hominibus ... in filii caput quaestionem habere conata es? Cluent. 182.

defendo: cum senatus auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defendat; Phil. III, 37. cum senatus auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defenderet; ib. IV, 8.

defero: ad hunc honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti? dom. 21. ſ. I, 2. Ligar. 3.

definio: qui (vir) ... imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset; Sest. 67. quae (loca) ... rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt; Balb. 64.

deleo: ſ. **deleo** imperium (5 St.) S. 58, b.

deminuo: neque vectigalia solum, sed etiam imperium populi Romani huius domesticis nundinis deminutum est; Phil. II, 92.

diligo: imperium autem populi Romani sic diligant; Verr. V, 8.

do: ſ. **do,** III. imperium (13 St.) S. 143, a.

dono: provinciae, legiones, imperia donabantur; sen. 18.

eripio: eripuissetis C. Caesari, patres conscripti, imperium, nisi dedissetis; Phil. XI, 20.

exstinguo: nam si est initum a P. Sulla consilium ... exstinguendi imperii; Sulla 3.

fero: etiamne haec nova debent edicta et imperia praetorum ... ferre? Verr. III, 228.

firmo: ut in ceteros firmaret imperium; Sulla 32.

fundo: illud vero ... maxime nostrum fundavit imperium et populi Romani nomen auxit, quod ..; Balb. 31.

gero: ecquis umquam reus ... in honoribus petendis, in potestatibus * in imperiis gerendis sic accusatus est, ut ..? Font. 37. qui iam imperia ac bella gesserunt; Balb. 45.

habeo: is, qui habet imperium a populo Romano; Verr. II, 121. quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet; ib. III, 45. sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias; Sulla 26. Varus imperium se habere dicebat; Ligar. 22. expedito nobis homine et parato ... opus est et eo, qui imperium legitimum habeat; Phil. XI, 26.

honesto: quibus (triumphis) ille ... auxit nomen populi Romani imperiumque honestavit; dom. 19.

iuvo: ut multis bellis saepe numero imperium populi Romani iuverint, item ..; Phil. XI, 31.

lego: ſ. audio.

mando: et ceteris magnis imperatoribus ... saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos; imp. Pomp. 47.

meditor: supplete ceteros ... honores et imperia meditantis, Phil. XII, 14.

metuo: cum ostenderit nihil esse metuendum, nullum exercitum, ... nullum imperium novum; leg. agr. I, 24.

nanciscor: imperium ille si nactus esset, omitto socios ..; Milo 76.

nundinor: una in domo omnes ... totum imperium populi Romani nundinabantur; Phil. III, 10.

obicio: cuius (Caesaris) ego imperium, non Alpium vallum contra ascensum ... obicio et oppono; Piso 81.

obtineo: dico ... in eo maximam (culpam) fuisse, qui ... summum imperium obtineret; Verr. V, 134.

oppono: ſ. obicio.

oppugno: qui saepissime hanc urbem et hoc imperium oppugnarunt; Font. 35.

orno: non solum praesidii, sed etiam ornandi imperii causa navigandum fuisse; Flacc. 27.

permitto: poterone ... missum facere eum, cui potestatem imperiumque permisi? Verr. V, 104.

peto: „quippe“ inquit „tu mihi summum imperium ... petas“? Muren. 74. utrum lenocinium ... an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? ib. 74.

polliceor: nos libertatem nostris militibus, leges, iura, iudicia, imperium orbis terrae ... pollicemur; Phil. VIII, 10.

prorogo: ne quinquennii imperium Caesari prorogaret; Phil. II, 24.

puto: est etiam bonorum et fortium civium ... summum in consulibus imperium ... putare; Rabir. 3. ſ. quaero; leg. agr. II, 8.

quaero: extraordinaria non imperia, sed regna quaeri putabantur; leg. agr. II, 8. nec plus extraordinarium imperium ad id bellum quaesitum quam duobus ... Punicis bellis; Phil. XI, 17.

renuntio: qua de re Agyrinenses magistratus ... acta et imperia tua domum ad senatum suum renuntiaverunt; Verr. III, 73.

retineo: omnia ... constituta sunt ... cum mea summa cura atque diligentia tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum ... voluntate; Catil. IV, 14. ſ. augeo; har. resp. 19.

sequor: te, nomen, imperium, vocem ... omnes boni sequebantur; har. resp. 22. qui (milites veterani) illius auctoritatem, imperium, nomen secuti ... arma ceperant; Phil. XI, 20. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta ... belli principia firmavit; ib. XII, 9.

servo: qui hoc imperium, qui hanc libertatem ... servastis; Sulla 86.

teneo: signifer, qui imperium iudiciorum tenere volt; Verr. II, 77. hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? imp. Pomp. 53. quibus (auspiciis) omnis res publica atque imperium tenetur; Vatin. 14.

termino: quae (Asia) imperium antea nostrum terminabat; prov. cons. 31. qui populi Romani imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit; Fr. B, XV, 1, 4.

timeo: si ... aut hostem aut patris imperium timuisse ... videretur; Muren. 11.

tueor: qui (di) hanc urbem atque imperium tuentur; dom. 143.

vendito: istius omnia decreta, imperia ... venditabat; Verr. II, 135.

2. **Genetiv:** sum: quoniam quidem est hoc summi imperii, nosmet ipsos de nostris rebus iudicare; Fr. B, XVI, II, 2.

3. **Dativ:** adfero: vos ... dignitatem huic imperio ... attulistis; imp. Pomp. 64.

adiungo: qui (vir) tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit; Sest. 129.

dedo: partim unius huius se imperio ac potestati dediderunt; imp. Pomp. 35.

do: tum contra te dedit arma hic ordo consulibus reliquisque imperiis et potestatibus; Phil. II, 53.

fero: deos denique immortalis huic invicto populo, clarissimo imperio ... auxilium esse laturos; Catil. II, 19.

immineo: cum praepotens terra marique Karthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret; Balb. 34.

minitor: quae (urbes) huic imperio maxime minitabantur; imp. Pomp. 60.

mitto: unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est; Sulla 23.

nascor: qui (vir) se natum huic imperio putavit; Cael. 59.

oboedio: (idcircone oportuit C. Rabirium) consulum voci atque imperio non oboedire? Rabir. 23. quae natio semper oboediens huic imperio ... Macedoniam ‖ Macedonica ‖ ... tutata est; Piso 84.

pareo: Segestani praetoris imperio parendum esse decreverunt; Verr. IV, 76. cuius imperio parere potissimum velles? Rabir. 22. qui consulari imperio paruerunt; ib. 27. haec (rei militaris virtus) orbem terrarum parere huic imperio coëgit; Muren. 22. ceteras (nationes) ... imperio populi Romani parere adsuefecit; prov. cons. 33.

praebeo: quod videbant ... urbem ipsam imperio domicilium praebere posse; leg. agr. I, 19. numquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuisset; prov. cons. 34.

praesideo: quae (Gallia) semper praesidet at-

que praesedit huic imperio libertatique communi; Phil. V, 37.

sum: Pompeio enim patre, quod imperio populi Romani lumen fuit, exstincto interfectus est patris simillimus filius; Phil. V, 39.

timendus: tunc illud vexillum ... vehementer huic imperio timendum Capuae a xviris inferetur; leg. agr. II, 86. nemo sapienter de re publica nostra cogitavit ... quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret; prov. cons. 33.

4. **mit Präpositionen:** accedo ad: et Pompeius ad L. Sullae maximum imperium victoremque exercitum accessit; Phil. V, 44.

adiungo ad: ipse autem ... undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit; imp. Pomp. 35.

cado sub: qui ... sub populi Romani imperium dicionemque ceciderunt; Font. 12.

certo de: qui de imperio paene certavit; Sest. 59.

decerno de: de imperio ac libertate ... decernite diligenter; Catil. IV, 24.

decerto de: qui cum hac urbe de imperio decertarunt ‖certarunt‖; leg. agr. II, 51. qui (Annibal) unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit; Sest. 142.

deficio ab: deficere ab imperio ac nomine nostro volebat? Verr. I, 79.

dimico: de: ut ... vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis; imp. Pomp. 9.

effero ad: qui (populus Romanus) te ... tam mature ad summum imperium per omnis honorum gradus extulit; Catil. I, 28.

fero de: de Cn. Pompei imperiis ... tribuni plebis turbulenti tulerunt; Phil. XI, 18.

flecto ad: qui ... ab omni studio sensuque Poenorum mentis suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt; Balb. 39.

mereor de: nemo est ... quin hunc optime de provincia, de imperio, de sociis et civibus meritum esse arbitretur; Font. 15.

mitto cum: mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus; Verr. IV, 8. cum inveniretur nemo qui in illa loca cum imperio mitteretur; ib. V, 41. quod ceteros in provinciam eius modi homines cum imperio mittimus; imp. Pomp. 13. quos ad eas per hos annos cum imperio misimus; ib. 65. cum mittantur ‖immittantur‖ in orbem terrarum xviri summo cum imperio; leg. agr. I, 9. cuius non in provinciam, sed in ipsa castra xviri cum imperio ... mittuntur; ib. II, 60.

pertineo ad: quae lex ad imperium, ad maiestatem ... pertinet; Cael. 70.

peto ab: omnes ... cives summae rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur; Sest. 25.

recido in: ne in unius imperium res recidat, admonemur; har. resp. 53.

redeo ad: QUA RE AD UNUM IMPERIUM PROVINCIAE REDEANT EXERCITUSQUE; har. resp. 40.

sentio de: quod illa gens quid de nostro imperio sentiret ostendit armis; Flacc. 69.

subiungo sub: qui ... urbis ... multas sub imperium populi Romani dicionemque subiunxit; Verr. I, 55.

sum cum: erit tum consul Hortensius cum summo imperio et potestate; Verr. a. pr. 37. qui esset cum imperio ac potestate; ib. IV, 10. multi domi Cn. Calidii cum potestate atque imperio fuerunt; ib. 44. cum esses cum imperio; ib. V, 74. dum cum imperio fuisti; ib. 75. quod cum imperio fuisti; ib. 76. qui nuper summo cum imperio fuerit; Flacc. 18. erat alius ad portas cum imperio in multos annos magnoque exercitu; sen. 32. ipse autem Caesar ... erat cum imperio; Sest. 41. — in: haec aequitas in tuo imperio fuit; Verr. III, 87. in improbi praesentis imperio maiorem esse vim ..; ib. IV, 89. ut non solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis fuerit intellegatis; ib. V, 33. est in imperio terror; leg. agr. II, 46. quae (omnia) sunt in imperio et in statu civitatis; Muren. 24. erat in eo ... auctoritas tanta quanta in imperio populi Romani; ib. 58. quae (domus) est in imperio; har. resp. 37. cuius (consulis) in imperio ... is se in Italia ‖idemque in Italia — idemque se in Italia‖ ... is se in publico tuto statuit esse non posse; Piso 29. tamen eum me postea fuisse in maximis imperiis arbitror, ut ..; Planc. 64. omnes enim in consulis iure et imperio debent esse provinciae; Phil. IV, 9. maiestas est in imperio atque in omni populi Romani dignitate; Fr. B, VI, 53.

tollo de: provincias de populi Romani imperio sustulit; Phil. VII, 15.

valeo in: et quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis multum atque in imperio militari valet; imp. Pomp. 43.

venio cum: Messanam cum imperio nemo venit quin viserit ‖viderit‖; Verr. IV, 7. quod iusto cum imperio ex senatus consulto in provinciam suam venerat; Ligar. 27.

vivo in: soli in istius imperio ea condicione vixerunt, ut ..; Verr. V, 58.

III. **nach Adjectiven und Adverb:** 1. proprius: quod huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est; Catil. I, 12.

2. amicus: vir huic imperio amicissimus ... extimescebat; Deiot. 11.

fidelis: quem (Deiotarum) unum habemus ... fidelissimum huic imperio; har. resp. 29. quis ignorat ... urbem Byzantinorum vobis atque huic imperio fidelissimam ... esse vexatam? prov. cons. 5.

gloriosus: nec minus et sibi et huic imperio gloriosum putavit constitutum a se regem quam constrictum videri; Sest. 58.

infestus: qui (Africanus) duas urbis huic imperio infestissimas ... delevit; Catil. IV, 21.

inimicus: potestis igitur ... inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre? Font. 32. ceterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis ... tenebantur; prov. cons. 33.

insignis: ne quae insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur; Font. 36.

praesto: si et ex quo fit navis et qui faciunt, imperio tibi tuo, non pretio praesto fuerunt ..; Verr. V, 47.

3. fretus: fretus imperio populi Romani regno paterno atque avito regali otio perfruebatur; Sest. 57.

praeditus: [tu inventus es qui consulari imperio praeditus ex Macedonia non triumphares]; Piso 55.

vacuus: ecqui ‖sed qui‖ locus orbi terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset? dom. 24.

4. alienus ab: qui (rex) alienus ab hoc imperio esset; Rab. Post. 6.

IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** amplitudo: tanta enim huius imperii amplitudo ... est; Verr. V, 150.

auctores: hi auctores huius dignitatis atque imperii semper habiti sunt; Sest. 139.

auctoritas: iure auctoritas huius imperii civitatisque maiestas gravis habebatur; div. Caec. 69. nos, qui ... omnis socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos praestare poteramus; imp. Pomp. 55. qui (viri) sua dignitate personam populi Romani atque auctoritatem imperii sustinerent; dom. 133.

auxilium: ut illud summum auxilium maiestatis atque imperii ... de re publica tolleretur; Rabir. 2.

calamitas: ut .. nemo ... ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur; Catil. IV, 4.

cinis: ut gentem Allobrogum ... in cinere deflagrati imperii conlocarent; Catil. IV, 12.

claustra: urbis maritimas claustris imperii nostri contineri; Flacc. 30.

clavus: quis enim clavum tanti imperii tenere ... posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris? Sest. 20.

clementia: indigne ferunt illam clementiam mansuetudinemque nostri imperii tantam in crudelitatem ... esse conversam; Verr. V, 115.

condicio: ei ... pretio abs te ius foederis et imperii condicionem redemerunt; Verr. V, 50.

coniuratio: ut ... tum hanc recentem urbis inflammandae delendique imperii coniurationem ... praedixerint; har. resp. 18.

conservator: cum ... Gai .. Marii, conservatoris huius imperii, monumentum municipi ... sedem ad salutem praebuisset; Sest. 116. ſ. custos; Sest. 53.

conspectus: quae procul erant a conspectu imperii; leg. agr. II, 87.

custos: numquam de C. Mario, custode civitatis atque imperii vestri, in senatu mentio facta est; Quir. 9. pro dei immortales, custodes et conservatores huius urbis atque imperii! Sest. 53. ſ. propugnator; dom. 129.

decus: quod imperii populi Romani decus ac lumen fuit; Phil. II, 54.

dedecus: volnus illud rei publicae, dedecus huius imperii, ... non iudicium putandum est; Planc. 70.

defensor: si quisquam huius imperii defensor mori potest; Balb. 49.

deletrix: tum est illa ... scelerata et paene deletrix huius imperii sica deprehensa; har. resp. 49.

dicio: hac [virtute] maiores vestri ... bellicosissimas gentis in dicionem huius imperii redegerunt; Phil. IV, 13.

dignitas: de vestri imperii dignitate atque gloria ... videte quem vobis animum suscipiendum putetis; imp. Pomp. 11. quanto vos studio convenit iniuriis provocatos sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere ..? ib. 14. sicut huius imperii dignitas in summo periculo civium postulabat; Muren. 6. qui ... dignitatem eius imperii, quod erat penes ipsos, vendiderunt; Quir. 21. quod pro tantis opibus rei publicae tantaque dignitate imperii nequaquam satis multi cives ... invenirentur, qui ..; Sest. 1. alienum sibi videri dignitate imperii (acc. c. inf.); prov. cons. 18. ſ. nomen; Verr. IV, 25. Piso 48.

diuturnitas: qui imperii diuturnitati modum statuendum vetere exemplo putavistis; imp. Pomp. 26. quae (instituta) diuturnitas imperii comprobat; Muren. 75.

domicilium: hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem ... conservatam ac restitutam videtis; Catil. III, 1. quorum (civium) ... alter eiusdem imperii domicilium sedisque servaret; ib. 26. ego ... domicilium imperii quinque hominum amentium ac perditorum poena redemi; Sulla 33.

eversores: hocine ut ego nomine appellem eversores huius imperii? Sest. 17.

exemplum: unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri; Sest. 19.

extremum: nunc denique est perfectum ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum; prov. cons. 33.

fama: cum apud exteras nationes imperii nominisque nostri famam ... violaris; Verr. I, 82.

fasces: ſ. nomen; Verr. V, 97.

finis: idem .. dies et victoribus imperii et victis vitae finem facit; Verr. V, 77. quorum (civium) alter finis vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret; Catil. III, 26. amoenitas eum, credo, locorum, ... finium imperii propagatio retinet; prov. cons. 29. ut eius gloriae domicilium communis imperii finibus terminetur; Balb. 13. qua fines imperii populi Romani sunt, ea ..; Milo 98. hoc (exercitu) tu arcebis hostem, finis imperii propagabis; Phil. XIII, 14.

firmamentum: est enim ille flos Italiae, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis; Phil. III, 13.

fulmina: cum duo fulmina ||lumina|| nostri imperii subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones exstincti occidissent; Balb. 34.

genus: quod genus imperii aut quae provincia ... non reperiebatur? Sest. 66.

gloria: ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere; imp. Pomp. 12. certe laudat et unum (Pompeium) esse in hac civitate dignum huius imperii gloria dicit; har. resp. 51. quorum (exemplorum) est copia digna huius imperii gloria; Sest. 101. ſ. dignitas; imp. Pomp. 11.

gradus: itaque maioribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est; Verr. II, 3.

gravitas: qui (maiores) tris solum urbis in terris omnibus ... statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere; leg. agr. II, 87.

gremium: ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum ... cogantur; prov. cons. 4.

hostis: hic ||is|| ... acerrimum hostem huius imperii ||huius urbis|| Mithridatem ... defendit; Sest. 58.

infulae: ſ. insignia; leg. agr. I, 6.

insignia: his insignibus atque infulis imperii venditis; leg. agr. I, 6. cumque ad consulare officium ipsis insignibus illius imperii ad meam salutem ... vocarentur; har. resp. 3. qui ... se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur; Sest. 17.

interitus: eundemque dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperii; Catil. III, 9.

ius: quod per te imperii ius ... imminutum est; Verr. IV, 20. sustulisti ius imperii ..; ib. V, 50. id nunc ... iure imperii nostri quot annis usurpatum ... adsecuti sunt; ib. 51. provincias universas ex imperii populi Romani iure sustulerit; Phil. III, 30. omne enim et exercitus et imperii ius amittit is qui eo imperio et exercitu rem publicam oppugnat; ib. X, 12.

labes: an vero tu parum putas investigatas esse a nobis labis imperii tui stragisque provinciae? Piso 83.

latrocinium: cum in eius regnum, bona, fortunas latrocinium ||patrocinium — patrimonium, vim|| huius imperii immisisses; dom. 20.

laus: huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt ...: religiones, ... provinciae, socii, imperii laus, res militaris; Sest. 98.

lumen: ſ. decus.

maculae: et has duplicis pestis sociorum, ... imperii maculas teneretis? prov. cons. 13.

magnitudo: quorum (consulum) mentes angustae ... magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustinere nec capere potuerunt; sen. 10. quem neque imperii nostri magnitudo neque sol ille nec caeli signorumque motus ... movent; Milo 83.

maiestas: cum solus (Sulla) rem publicam regeret ... imperiique maiestatem ... legibus confirmaret; Sex. Rosc. 131. cumque non maiestate imperii, non iure legum, sed ianuae praesidio et parietum custodiis consulis vita tegeretur; Vatin. 22.

mansuetudo: ſ. clementia.

merces: ea fuit merces imperii, auxilii, iuris ..; Verr. V, 59.

monumenta: est maiestatis, quod imperii nostri ... monumenta evertere ... ausus est; Verr. IV, 88.

naufragium: in hoc portu Atheniensium no-

bilitatis, imperii, gloriae naufragium factum existimatur; Verr. V, 98.

nomen: ubi erit imperii nomen et dignitas? Verr. IV, 25. ut templi dignitas imperiique nostri nomen desiderat; ib. 68. cum imperii populi Romani nomen ac fasces essent Syracusis; ib. V, 97. nomen imperii in commune odium orbis terrae vocabatur; leg. agr. I, 2. illuc opes suas deferre et imperii nomen transferre cogitant; ib. 18. grave est enim nomen imperii; ib. II, 45. qui ... summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperii non potuerit; Flacc. 18. ei summi imperii nomine armati totam rem publicam contrucidaverunt; Sest. 24. o nomen nostri imperii! Balb. 13. nomen ac dignitatem imperii regi Aegyptio vendidit; Piso 48. ſ. gravitas.

occasus: totius urbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt; Catil. III, 19.

odium: quarum (libidinum) acerbissimum exstat indicium ... paene ad iustum odium imperii nostri; prov. cons. 6.

ornamentum: id quod ornamentum imperii est; Verr. II, 2.

pars: eis tu nostri imperii partem dedisti; Verr. V, 85. ille populus Romanus ... magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit; imp. Pomp. 54.

pericula: cum in maximis periculis huius urbis atque imperii .. caedem a vobis ... depellebam; Flacc. 1.

pestes: cum his, inquam, exitiosis prodigiis ac paene huius imperii pestibus bellum mihi ... dico esse susceptum; har. resp. 4. quantum in illis duabus huius imperii pestibus fuit; Sest. 65.

pignus: quod (Palladium) quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis ||custodis|| Vestae continetur; Scaur. 48.

poenae: nunc vero qui est dolor, victoriae te atque imperii poenas ad eorum arbitrium sufferre! Font. 49.

praesidium: quorum ... alteri nostri imperii praesidio disciplinam suam legesque conservant; Muren. 74.

principium: nemo sapienter de re publica nostra cogitavit iam inde a principio huius imperii quin ..; prov. cons. 33. qui pueritiae tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum; Balb. 9.

propugnacula: fuit proprium populi Romani ... propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere; imp. Pomp. 32. ut (coloniae) esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur; leg. agr. II, 73.

propugnator: de Cn. Pompeio, propugnatore et custode imperii, interficiendo consilia inibantur; dom. 129. qui ubique sunt propugnatores huius imperii; Balb. 51.

quaestor: [cum fuerit quaestor non imperii, sed doloris mei]; sen. 35.

salus: quae (consilia) clam essent inita contra salutem urbis atque imperii; Catil. III, 20. nam quas res ... pro salute huiusce imperii gessimus; Arch. 28. memineram, iudices, divinum illum virum atque ex isdem quibus nos radicibus natum ad salutem huius imperii, C. Marium, ... corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50.

sedes: iam aperte ostendent sibi ... sedem urbis atque imperii ... displicere; leg. agr. I, 18. cum ostenderit nihil esse metuendum, ... neque aliam sedem imperii nobis consulibus futuram; ib. 24. ſ. domicilium; Catil. III, 26.

severitas: non ego metum ex re militari, non severitatem imperii, non poenam flagitii tolli dico oportere; Verr. V, 133. idque a me et mos maiorum et huius imperii severitas et res publica postulabat; Catil. II, 3.

spes: qui a parentibus spe nostri imperii nostraeque aequitatis suscepti educatique sunt; Verr. V, 123. ut in uno C. Mario spes imperii poneretur; imp. Pomp. 60. ut homines Galli ... spem imperii ac rerum maximarum ... oblatam neglegerent? Catil. III, 22.

splendor: nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucem adferre coepit; imp. Pomp. 41. tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, gravitate nominis nostri ... abhorrebat; Flacc. 69.

Stator: quem (Iovem) Statorem huius urbis atque imperii vere nominamus; Catil. I, 33.

termini: quorum moenia ... ut Hercules ipse itinerum ac laborum suorum sic maiores nostri imperii ac nominis populi Romani terminos esse voluerunt; Balb. 39.

terrores: duos terrores huius imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat (P. Africanus); Muren. 58.

testimonium: cui ... cunctae gentes testimonium huius urbis atque imperii conservati dedissent; dom. 132.

vestigium: nominis prope Romani memoriam cum vestigio ||cum omni vestigio — cum vestigiis|| imperii ... esse deletam; Flacc. 60.

vis: vis illa summi imperii tantum potuit, ... ut ..; Verr. II, 14. non tibi idcirco fascis et securis et tantam imperii vim ... datam (esse), ut ..; ib. V, 39.

vox: non patiar hanc exaudiri vocem huius imperi; Fr. B, XVI, III, 2.

2. **mit Präpoſitionen**: fundi de: de nostra vero re publica, de nostro imperio ... fundos populos fieri noluerunt; Balb. 22.

similitudo in: atque ut duorum Epicureorum similitudinem in re militari imperioque videatis; Piso 92.

V. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: abiudicari: nulla res ... fuit quae non ab eo imperio istius abiudicaretur; Verr. a. pr. 13.

adduci: si omnes (civitates) imperio, metu, vi ... adductae [tibi] pecuniam ... contulerunt; Verr. II, 145. pecuniam statuae nomine dederit vi atque imperio adductus; ib. 153.

adiungi: qui (ager) L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adiunctus est; leg. agr. I, 5.

amittere: ut ... non modo ius suum fortunasque omnis eorum imperio amittant ..; Verr. a. pr. 53.

arcessi: ut arcessitus imperio populi Romani viderer; dom. 71.

auferre: unde nihil eius modi rerum de publico per vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia ... posset auferre; Verr. II, 88. ex aede Liberi simulacrum Aristaei non tuo imperio palam ablatum est? ib. IV, 128.

cogere: si hoc non est vi atque imperio cogere invitos lucrum dare alteri; Verr. III, 71. una civitas ... prope menstrua cibaria praetoris imperio donare Apronio cogitur; ib. 72. frumenti tantus numerus imperio tuo datur et cogitur; ib. 73. cum (cognoverit) tanta praemia civitates vi atque imperio ... dare coactas? ib. 143.

compilare: qui praeteriens ... palam per potestatem, uno imperio, ostiatim totum oppidum compilaverit? Verr. IV, 53.

confici: bellum cum maximis Syriae gentibus *et* tyrannis ||ac tyrannis|| consulari exercitu imperioque confectum; prov. cons. 15.

coniungi: quas (Gallias) hoc tempore uno imperio videmus esse coniunctas; prov. cons. 3.

continuari: cuius familia ||cuius ex familia|| ... usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria continuata permansit; Flacc. 25.

dari: ſ. cogere; Verr. III, 73.

deportari: Agyrio similiter istius imperio vasa ... deportata sunt; Verr. IV, 50.

deterrere: is qui multos in istum testis imperio et potestate deterruit; Verr. III, 122.

eripi: ita ab una civitate, vi, minis, imperio iniuriaque praetoris eripiuntur tritici medimnum XXXIII; Verr. III, 73. teque (video) ista simulatione emptionis vi, metu, imperio, fascibus ab homine eo ... eripuisse; ib. IV, 14.

erudiri: cuius adulescentia ... non alienis praeceptis, sed suis imperiis ... est erudita; imp. Pomp. 28.

esse: ut imperio nostro quam ornatissimi ... essent; Verr. IV, 134. qui alterum se Verrem cum luxuria ac nequitia tum etiam imperio putaret; ib. V, 87.

expellere: negas ||negat|| esse eiusdem severitatis Catilinam exitium rei publicae ... molientem verbis et paene imperio urbe expulisse; Muren. 6.

fieri: cognoscere potuistis ... neminem ... senatorem factum esse gratis, ... neminem nisi istius imperio aut litteris; Verr. II, 120. omnia legum imperio et praescripto fieri videbitis; Cluent. 147. haec clarissimi viri, P. Servilii, imperio et victoria ||P. Servilii i. e. v. clarissimi viri|| vestra facta sunt; leg. agr. II, 50.

florere: quae (Graecia) quondam opibus, imperio, gloria floruit; Flacc. 16. quae (Graecia) etiam imperio et bellica laude floruit; ib. 64.

geri: eaque omnia ... consilio et imperio et felicitate L. Sullae gesta esse intellego; Sex. Rosc. 136. quas res gessisti imperio, exercitu, provincia consulari? Piso 38.

inferre: ſ. prohibere; har. resp. 3.

instrui: quae (Graecia) quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non instructa solum, sed etiam ornata tendit dexteram Italiae; Phil. X, 9.

laetari: nulla gens est quae non ... ita pacata (sit), ut victoria nostra imperioque laetetur; prov. cons. 31.

liberari: ob eas res senatum existimare et iudicare eorum trium imperatorum virtute, imperio ... populum Romanum ... servitute liberatum ..; Phil. XIV, 37.

licere: te consule, tuis edictis et imperiis, senatui populoque Romano non est licitum ... subvenire; sen. 16.

locare: itaque tollendam (basim) istius imperio locaverunt; Verr. IV, 79.

miscere: qui (homines) ... iniquis imperiis rem publicam miscerent; leg. agr. II, 91.

moveri: quis enim esset ... qui eiusdem vi et imperio non moveretur? Verr. I, 74.

multari: multos civis Romanos ... istius imperio ... morte esse multatos; Verr. I, 14.

obtinere: cum Asiam provinciam consulari imperio obtineres; Flacc. 85. consularem hominem consulari imperio provinciam Asiam obtinentem Samiario exsuli tradidit; Phil. XI, 5.

oppugnare: qui eo imperio et exercitu rem publicam oppugnat; Phil. X, 12.

ornari: ego cum ||enim|| vestris armis armatus sim ||armatus|| insignibusque amplissimis ornatus, ||exornatus,|| imperio, auctoritate; leg. agr. II, 101. ſ. instrui.

perficere: perfecerat iste imperio, ut ... renuntiaretur; Verr. II, 127.

profiteri: iugera professi sunt omnes aratores imperio atque instituto tuo; Verr. III, 112.

prohibere: nisi ... illam rem imperio edictoque prohibuisset; Verr. II, 160. qui quae suo ductu et imperio cruento illo atque funesto supplicia neque ... prohibere neque ... inferre potuerunt; har. resp. 3.

redire: ex qua (provincia) aliquot praetorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit; Piso 38.

revelli: quae tabula tum imperio tuo revolsa ... est; Verr. II, 112.

servare: aut quam facile imperio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit qui ..? imp. Pomp. 45.

suscipi: in quo nihil more, ... contra improbe ... omnia, conspiratione ||rapide omnia, omnia conspiratione,|| imperio, auctoritate, spe, minis videtis esse suscepta; Scaur. 37.

teneri: cuius (Pompei) tres triumphi testes essent totum orbem terrarum nostro imperio teneri; Balb. 16. exterae nationes ... imperiis et praesidiis tenentur; Phil. X, 10.

tolli: istius imperio Syracusis Marcellia tolluntur; Verr. II, 51. Mercurium ... huius vi, scelere imperioque esse sublatum; ib. IV, 84.

vetare: cum senatus equitesque Romani fiere pro me ... edictis atque imperiis vetarentur; Quir. 13. qui pro me patres conscriptos deprecari et populo supplices esse edictis atque imperio vetarent; dom. 113.

vexari: quae (Macedonia) nunc consulari imperio atque exercitu ita vexata est, vix ut ..; prov. cons. 5.

violari: at hic quidem ... suorum servorum manibus nuntio atque imperio tuo violatus esset; Quinct. 83.

2. **Präpoſitionen:** ante: omnis ager Siciliae civitatum decumanus est, itemque ante imperium populi Romani ipsorum Siculorum voluntate et institutis fuit; Verr. III, 13.

causa: cum communis salutis atque imperii tum ipsius hominis causa ... optare debetis; imp. Pomp. 48. ſ. II, 1. orno.

cum (vgl. II, 4. mitto, sum, venio cum): cum exercitu imperioque invasisses; Verr. I, 54. quam (provinciam) tu cum imperio obtinebas? ib. V, 46. quacumque velint summo cum imperio iudicioque rerum omnium vagari ut liceat; leg. agr. II, 34. quid censetis, cum isti xviri cum imperio, cum fascibus ... per [totum] orbem terrarum vagabuntur? ib. 45. si concessum sit inimicis Cn. Pompei cum imperio ... non solum illis in locis vagari; ib. 54. [ut volitaretis interea per gentis, per regna omnia cum imperio summo]; ib. 99. quem nuper summo cum imperio libentissime viderit (Gallia Transalpina); Muren. 89. qui provincias cum imperio obtinerent; Sest. 128. qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit; Phil. I, 18.

in: num quae in tuo imperio pecuniae ... coactae sunt? Verr. III, 212. ita se in isto infinito imperio M. Antonium gessisse; ib. 213. te in praetura atque imperio tot res ... coëmisse? ib. IV, 8. hanc tu tantam religionem si tum in imperio ... non pertimescebas; ib. 78. tam diu in imperio suo classem iste praetor diligens vidit; ib. V, 86. multum vero haec eis iura profuerunt in istius imperio ac potestate! ib. 124. illa ... cognatio quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? ib. 125. carcer ille ... in istius imperio domicilium civium Romanorum fuit; ib. 143. ut aliquando in otio possit esse, praesertim in imperio ac dignitate; leg. agr. II, 9. quod si maiores nostri existimassent quemquam in tam inlustri imperio ... M. Bruti aut P. Rulli similem futurum; ib. 89. ut ... in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent; Flacc. 28. an tum in tanto imperio tantaque potestate non dicis me fuisse regem, nunc privatum regnare dicis? Sulla 21. cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset; Ligar. 7.

ob: ob imperia, ob iudicia pecuniae dabantur; Verr. II, 26.

per: quas (statuas) inviti, per vim atque imperium dedissent; Verr. II, 161.

pro: qui haec ... ageret, pro imperio et potestate; Verr. IV, 49. cum paludatus exisset votaque pro imperio suo communique re publica nuncupasset; ib. V, 34. pro imperio, pro exercitu ...

mei consulatus memoriam postulo; Catil. IV, 23. ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitae discrimen inferret; Balb. 25. ne quis vir ... pro nostro imperio periculo suo dimicaret; ib. 25.

propter: cum ab omnibus non solum ... propter imperium ... metueretur; Verr. III, 130.

sine: atque hanc Macedoniam ... etiam sine imperio per legatos ... tuebamur; prov. cons. 5. quae est enim ratio aut qui potest fieri ut sine imperio teneatur exercitus? Phil. XI, 20.

impero, auferlegen, anbefehlen, herrſchen, befehlen: I. **abſolut:** 1. **unperſönlich:** a. **ſubſtantiviſch:** si nimis atrociter imperando sociis in tantum adductus periculum videretur; Verr. I, 70. non solum aestimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem; ib. III, 225. reprimebat enim tibi et imperandi vim et rogandi conatum praeclara illa ... cybaea; ib. V, 59. ut ... segniores posthac ad imperandum ceteri sint; Font. 17.

b. **verbal:** docuit maiores nostros, quam praeclarum esset exteris gentibus imperare; Verr. II, 2. tam iniquo iure sociis atque amicis imperari; ib. 164. hoc ... est profectum .. ab ea civitate, cui imperabatur; ib. III, 189. cum ... in eum locum quo imperabatur portare nollet; ib. ita enim mandatum atque imperatum est; ib. IV, 17. neque hoc dico ceteris non recte imperatum (esse); ib. 53. dicunt contra, quibus invitissimis imperatum est; Font. 14. quod non licuerit imperare; Flacc. 27. num ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? Sest. 80. primum verbi genus hoc CONSERVANTO ... imperantis est, non precantis; Balb. 36. milites veterani ... volebant sibi ab illo imperari; Phil. XI, 20.

2. **perſönlich:** alqs: quod acrius imperavi; Verr. I, 70. quam diu adsunt ei, qui imperant; ib. 88. in sorte, cui imperare potuerat || non poterat || exspectabant ..; ib. II, 127. an tibi aut || an || cui tu imperasses adnumerare pecuniam; ib. 144. tam iste magna voce Veneriis imperat, ut Xeno audiret; ib. III, 55. istum autem contra foedus .. Tauromenitanis imperasse ..; ib. V, 50. qui ex foedere ipso navem vel usque ad Oceanum, si imperassemus, ... mittere debuerunt; ib. at eis non modo imperasti, verum etiam ... addidisti; ib. 53. classi populi Romani Cleomenem Syracusanum praeesse iubet atque imperare; ib. 82. si harum ipsarum civitatum militibus, navibus ... Syracusanus Cleomenes iussus est imperare; ib. 84. exercitus praeterea ... hiemavit in Gallia, M. Fonteio imperante; Font. 16. ut aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare; imp. Pomp. 56. iubet ferre de his legem curiatam: || legem de his curiatam: || praetori imperat || [praetori imperat] ||; leg. agr. II, 28. num dubitas id me imperante facere, quod ..? Catil. I, 13. si imperare velis; ib. IV, 7. populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante || L. Lucullo imperante || Pontum; Arch. 21. poposcit, imperavit, eripuit, coëgit; Scaur. 18. si, ut imperes, non audiet; Phil. V, 25. sed vincam animum mihique imperabo; ib. XII, 20.

civitas: quae (civitas) propter virtutem omnibus nationibus imperat; Verr. IV, 81.

dominus: nec imperante nec sciente nec praesente domino; Milo 29.

magistratus: nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis, quod ex usu rei publicae sit; Fr. A, III, 19.

maiores: maiores quidem nostri non modo, ut liberi essent, sed etiam, ut imperarent, arma capiebant; Phil. VIII, 12.

populus: quem (populum Romanum) di immortales omnibus gentibus imperare voluerunt; Phil. VI, 19.

praetor: quid interest utrum praetor imperet vique cogat ..? Verr. II, 43. quibus (Mamertinis) superiores omnes [praetores] item ut ceteris imperarant; ib. V, 53.

II. **mit Ergänzung:** 1. **ut:** servis suis Rubrius ut ianuam clauderent ... imperat; Verr. I, 66. his imperat, ut se ipsum neglegant; ib. 67. eis ut absentem Heraclium condemnent imperat; ib. II, 42. ut pecuniam conferrent ... imperasti; ib. 145. imperat Agyrinensibus, ut decumas ipsi publice accipiant; ib. III, 71. quam ob rem imperabas ut adderent? ib. imperas ut decumas accipiant; ib. 72. imperat .., ut in medimna singula dentur Apronio HS; ib. 73. Calactinis quam ob rem imperasti anno tertio, ut ... darent; ib. 101. imperasse ut ... lecti sternerentur; ib. 105. ei palam imperat, ut ... curaret; ib. IV, 50. sibi istum negotium dedisse atque imperasse, ut ... conquireret; ib. 50. Archagatho imperat, ut illis aliquid ... daret; ib. 53. imperat suis, ut id ... deferrent; ib. 65. imperat magistratibus, ut eam demoliantur; ib. 75. signum ut demolirentur et Messanam deportarent, imperavit; ib. 84. cum iste imperat lictoribus, ut Sopatrum ... deiciant; ib. 86. imperasse eum, qui summam potestatem haberet, ut decernerent; ib. 141. Verres post imperium constitutum primus imperavit, ut ea pecunia ... adnumeraretur; ib. V, 60. imperat Centuripinis, ut is victu ... adhiberetur; ib. 70. et clara voce ei || et ei clara voce — et clara voce || imperavit, ut eum ... occideret; Caecin. 22. Antiocho Aebutii servo *se* imperasse || servo imperasse ||, ut ... invaderet; ib. 25. et ab eodem sibi esse imperatum, ut ... curaret; Cluent. 25. ita cogit atque imperat, ut ..; leg. agr. II, 47. sed ei medico ... imperasti, ut venas hominis incideret; Piso 83. utique C. Pansa A. Hirtius consules ... quaestoribus urbis imperent, ut ..; Phil. IX, 16.

2. **accus. (nom.) c. infin.:** per vim ad eum ... Rubrium deduci imperavit; Verr. I, 65. quem (numerum) ei civitati imperas emendum; ib. III, 173. qui ... verum etiam Marcellia tolli imperarit; ib. IV, 151. in has lautumias ... etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur; ib. V, 68. quod eodem ceteros piratas condi imperarat; ib. 69. qui ... produci atque in carcerem condi imperavit; ib. 76. princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, praecidi ancoras imperavit; ib. 88. iste hominibus miseris innocentibus inici catenas imperat; ib. 106. ipsos in lautumias abduci imperabat; ib. 146. quod fistulas ... praecidi imperarat; Rabir. 31. non hunc in vincula duci ... imperabis? Catil. I, 27. sed etiam describi ab omnibus librariis (tabulas), dividi passim et pervolgari atque edi populo Romano imperavi; Sulla 42.

III. **mit Object:** alqd: quando id, quod imperaretur, recusavit? Verr. II, 5. qui quod imperatum esset iudicarent; ib. 41. ne in cellam quod imperatur aestiment; ib. 147. facturos se, si quid imperasset, studiose pollicerentur; ib. 172. tantum decumanis dedit, quantum iste imperavit; ib. III, 55. quod eis plus frumenti imperabatur; ib. 57. virgarum metu Agyrinenses quod imperatum esset facturos se esse dixerunt; ib. 70. accipite nunc quid imperarit; ib. 71. quae tu palam egisti, in conventu imperasti; ib. 73. tantum exprimi frumenti quantum Apronius imperasset; ib. 105. si ... quod Apronius imperasset necesse fuisset dare; ib. 113. cum ob iudicandum aut decernendum aut imperandum aliquid ... pecuniam acceperat; ib. 156. quod praeterea Verres imperat; ib. 201. neque enim id, quod debebatur, sed quantum commodum fuit, imperavit; ib. 225. reperietis quinquiens tanto ... amplius istum ... civitatibus imperasse; ib. 225. si ... et tanto plus ... imperavit? ib. pronuntiat quid sibi imperatum esset; ib. IV, 51. vix erat hoc plane imperatum; ib. 86. maximae et locupletissimae civitati Mamertinae nihil horum imperavisti; ib. V, 43. cur his quicquam praeterea ex alio genere imperasti? ib. 53. quibus multa rei publicae causa invitissimis

imperata sunt; Font. 17. imperaverunt pro dignitate sua quod visum est; ib. 18. imperabitur aliquid muneris; leg. agr. II, 46. in quo (consulatu) ego imperavi nihil et contra patribus conscriptis ... parui; Sulla 21. est enim lex nihil aliud nisi recta et a numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria; Phil. XI, 28. ſ. navem; Phil. XI, 30.

cenam: puerum vocaret, credo, cui cenam imperaret; Sex. Rosc. 59.

classem: itaque ipse ... classem tamen isdem istis civitatibus imperavit; Flacc. 29.

decumas: hinc cum ... alterae (decumae) novis institutis propter annonae rationem imperentur; Verr. III, 227.

denarios: singulis censoribus denarii trecenti ... imperati sunt; Verr. II, 137.

dimidium: dimidium eius, quo Pompeius erat usus, imperavit; Flacc. 32.

frumentum: ſ. **frumentum**, II, 1. impero (23 St.) S. 389.

genus: emendi duo genera fuerunt, unum decumanum, *imperatum* alterum; Verr. III, 163.

medimna: ei cum pro iugeribus quinquaginta medimna DCC decumae imperarentur; Verr. III, 56.

modios: huic iste ... cum sexagena milia tritici modium imperavisset; Verr. III, 170. quibus (Halaesinis) sexagena milia modium imperata erant; ib. 171. quos (modios) tibi impero; ib. 197.

muus: ſ. alqd; leg. agr. II, 46.

navem: navem imperare ex foedere debuisti; Verr. IV, 21. hanc (navem) Reginis ... publice ... imperavisti; ib. V, 47. at enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt foederati; ib. 49. quod eis navem contra pactionem foederis imperarint; ib. cur Tauromenitanis item foederatis navem imperasti? ib. Mamertinis navem imperare ausus es; ib. 59. quibus ei videatur, navis, nautas, pecuniam ceteraque, quae ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto ius potestatemque habeat; Phil. XI, 30. ſ. numerum; Verr. V, 43.

nautas: ſ. navem; Phil. XI, 30.

numerum: tanto numero frumenti lucri nomine imperato et expresso; Verr. III, 73. ut naves civitatibus certusque numerus nautarum militumque imperaretur; ib. V, 43. maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit; Font. 13.

nummos: non est satis: nummi praeterea imperantur; Verr. III, 73.

obsides: idem Cretensibus ... spem deditionis non ademit obsidesque imperavit; imp. Pomp. 35.

operas: publice coactis fabris operisque imperatis; Verr. V, 48.

pecuniam: cum eius apparitores ... pecunias imperent; Verr. III, 87. classis nomine pecuniam civitatibus imperatam queruntur; Flacc. 27. cum enim genus imperatae pecuniae suscipit; ib. 33. at enim negas fratrem meum ... pecuniam ullam in remiges imperasse; ib. 33. eundem ... certam Achaeis in annos singulos pecuniam imperavisse; Sest. 94. statim *** nondum commemoro rapinas, non exactas pecunias, non captas, non imperatas; Piso 38. ait enim ... decumas imperatarum pecuniarum ‖ decumas imperatorum pecuniam ‖ sibi coëgisse; Rab. Post. 30. ſ. navem; Phil. XI, 30.

remiges: cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat; Flacc. 30. tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur? ib. 31.

res: hunc Cn. Pompeius ... certis rebus imperatis regnare iussit; Sest. 58.

sumptum: illam rationem in imperando sumptu et Pompeius et Flaccus secutus est; Flacc. 32.

tributum: itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur; Verr. II, 138. ut ex isdem praediis et Apollonide ‖ Apolloniae ‖ et Romae imperatum esset tributum; Flacc. 80.

triticum: huius imperati [in annos singulos] tritici modium DCCC milia; Verr. III, 163. pretium autem constitutum ... imperato (tritico) HS III S; ib.

impertio, zutheilen, gewähren: alqd: sit hoc sane leve, quod non ita est, quoniam optimo cuique impertitur; Sest. 115. ſ. laudem. tempus.

civitatem: etenim cum mediocribus multis ... gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant; Arch. 10.

commoda: si ... contra commoda ... ab eo (Iove) nobis dari atque impertiri videmus ..; Sex. Rosc. 131.

diem: tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti; Verr. II, 51.

dolorem: verum tamen dolorem suum nemini impertiebat; Verr. II, 84.

fructum: non quo aut ipse haec dici quam existimari malit aut ego hunc laudis fructum praesenti libenter impertiam; Sest. 87.

laborem: ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam; Muren. 8.

laudem: atque ut omnes intellegant me L. Lucullo tantum impertire laudis, quantum ..; imp. Pomp. 20. atque etiam viro forti, conlegae meo, laus impertitur, quod ..; Catil. III, 14. quibus L. Lucullus tantum *huic* ‖ *ei* ‖ laudis impertit, quantum .. ‖ quibus legato Lucullus tantum laudis ‖; Muren. 20.

partem: quae (cogitationes) mihi nullam partem neque nocturnae neque diurnae ‖ neque diurnae neque nocturnae ‖ quietis impertiunt; leg. agr. II, 5. oneris mei partem nemini impertio, gloriae bonis omnibus; Sulla 9.

tempus: qui tantum potuit impertire huic studio temporis; Balb. 3.

impetro, bewirken, erlangen, erreichen, Erfolg haben: I. **abſolut**: alqs: eine qui postulabant indigni erant qui impetrarent? Sex. Rosc. 119. dixit idem Dolabellam impetrasse; Verr. I, 99. petit a me Habonius ..; facile impetrat; ib. 149. ego iam pridem ab eo ... peto ... et adhuc impetrare non possum; ib. II, 29. illi eum commonefaciunt ut ... utatur instituto suo ...: impetrant; ib. 41. non impetrat, cum hoc diceret ei Metellus; ib. III, 152. homo amentissime, quid putasti? impetraturum te? ib. IV, 19. verum fac te impetravisse; ib. 19. postquam non impetravit; ib. 149. quid attinuit te ... postulare, ut adderet in iudicium INIURIA, et quia non impetrasses, tribunos pl. appellare? Tull. 38. utrum ille ... idoneus non est qui impetret? imp. Pomp. 57. haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat? Catil. I, 19. a Q. Metello Piso ... neque per se neque per Lucullos impetravisset? Arch. 26. quem negas, quod pro Cispio contenderim, impetrare potuisse? Planc. 75. si nemo impetravit; Ligar. 30.

II. **mit Ergänzung**: 1. **de**: si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit; Planc. 25.

2. **ut**: verum si a Chrysogono, iudices, non impetramus, ut ..; Sex. Rosc. 150. impetrat a senatu, ut dies sibi prorogaretur; Verr. I, 98. impetrant, ut ne iurent; ib. 123. cum ab eo ... non impetraret, uti se ... duceret ‖ educeret ‖; ib. II, 29. quod Halaesini ... Romae impetrarant, ut apud se ... liceret; ib. 122. utique ei locus primus constitueretur ... impetravit; Cluent. 56. qui cum ab equite Romano splendido et forti, M. Paconio, non impetrasset, ut ..; Milo 74. ſ. III. alqd; Verr. III, 115. Tull. 6. Cluent. 118.

3. **ne**: nam ceteri quoque impetrant, ne retineantur; Verr. II, 71. ſ. III. alqd; Verr. V, 51.

III. **mit Object**: alqd: multo iniquiora Naevius impetrabat; Quinct. 70. vix medius fidius tu, Fanni, a Ballione ... hoc et postulare auderes et impetrare posses, quod ..; Qu. Rosc. 50. „non enim“

inquit „illud peto, quod soleo ... impetrare“; div. Caec. 23. si tu hoc a me non impetras; Verr. II, 29. quod ab eo pridie ... Heraclius impetrare non potuerat, id ..; ib. 42. hoc vix ab Apronio ... impetratum est. id cum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, ut ... liceret; ib. III, 115. id si impetrassent; ib. IV, 113. ne haec biremis ascriberetur, si id ullo modo possent a nostris maioribus impetrare; ib. V, 51. unum hoc abs te, L. Quincti, pervelim impetrare, ... ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas; Tull. 6. eo non addito nihilo minus tamen ita dicis, quasi id ipsum, a quo *depulsus* es, impetraris? ib. 39. a Lentulo autem ... facile hoc, iudices, impetrabo, ut ..; Cluent. 118. cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit aequissimum, ib. 142. ac tum quidem Tralliani ... a Flacco tamen omnia ... impetraverunt; Flacc. 59. ut nescio quid a te impetratum esse videatur; ib. 83. hoc cum a vobis impetrare causa ipsa debet; Sulla 93. idque ... ab Heracliensibus impetravit; Arch. 6. quod illa, nisi a viris honestissimis, ... numquam impetravisset; Cael. 63. qui nihil a iudicibus debeam umquam impetrare; Planc. 75. id ne impetremus oppugnabis; Ligar. 13. si hoc non impetro; Phil. I, 27. idque a me impetrasti ||impetras|| ..; ib. II, 9. igitur a quo vivo nec praesens nec absens rex Deiotarus quicquam aequi boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus; ib. 94. quo impetrato quid est quod metuat? ib. VIII, 27. qui id a me peteres, quod a te Boculus numquam impetrasset? Fr. B, VIII, 20.

beneficium: in quo ... et unus quisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit; leg. agr. II, 17.

honorem: ut vester honos ... nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur; leg. agr. II, 3.

iudicium: C. Gallus ... a suo familiarissimo L. Metello iudicium ex edicto non potest impetrare; Verr. III, 152.

ius: non praetorem modo a quo ius impetraret invenire potuit; Quinct. 96.

liberationem: cum a te non liberationem culpae, sed errati veniam impetravissent; Ligar. 1.

navem: quo tempore in tanta inopia navium ... tamen ab eis (navis) impetraretur; Verr. V, 59.

pecuniam: compellarat hospitem praesens, computarat, pecuniam impetrarat; Phil. II, 94.

rem: quam rem facile a praetore impetrassent; Quinct. 33.

veniam: ſ. liberationem.

impetus, Angriff, Andrang, Drang, Trieb: I. **abſolut:** 1. convertit: quod si omnis impetus domesticorum hostium, depulsus a vobis, se in me unum convertit; Catil. III, 28.

est: quos illorum animos, quos impetus ... fore putatis? leg. agr. II, 96.

exsistit: cum totius impetus belli ad Cyzicenorum moenia exstitisset ||constitisset||; Muren. 33. neque umquam ex illo delendi huius imperii tam consceleratus impetus exstitisset, nisi ..; Cael. 14.

ago: si quis ... lege ageret in hereditatem; Verr. I, 115. in crucem tu agere ausus es quemquam, qui se civem Romanum esse diceret? ib. V, 163. quem (Gavium) tu in crucem egisti; ib. 164. cum is ... in crucem ageretur; ib. 165. non unum hominem nescio quem, [civem Romanum,] sed communem libertatis et civitatis causam in illum cruciatum et crucem egisti; ib. 170. a liberum Poenis actum esse praecipitem in sceleratorum sedem ac regionem; Cluent. 171. nam Stratonem quidem, iudices, in crucem esse actum; ib. 187.

amando: eum familiarissimum suum dimittere ab se et amandare in ultimas terras! Sulla 57.

animadverto (animum adverto): quod animadversum est in eos, qui ..; Sex. Rosc. 137. ne senatus ... in eam civitatem animadvertendum putaret; Verr. I, 68. neque in eos, quos tu insimulabas, esse animadversum; ib. 83. Cn. Dolabella in eum ... animadvertere ... conatus est; ib. 88. non et in eum, qui accepisset, animadvertisset et in eos, qui dedissent? ib. II, 57. tu, qui instituueras in eos animadvertere; ib. quod iste nec in Volcatium nec in Bidinos animadvertit; ib. 58. si in istum animadversum non sit; ib. 157. animum advertere tamen in eum vos oportebat; ib. III, 127. in Apronium cum animum advertisset; ib. 140. si aliquid ab Apollonio commissum est, quam ob rem in eum iure animadverteretur; ib. V, 19. tamen in hominem ... honestissimum tam graviter animadverti causa iudicta non oportuisse; ib. 20. poterone animadvertere in eos, quos dicto audientis esse iussi? ib. 104. dicit ei se statuisse animadvertere in omnis nauarchos; ib. 105. in Phalacrum, Centuripinum nauarchum, non posse animum adverti; ib. video igitur, iudices, animadvertisse censores in iudices quosdam; Cluent. 119. qui in ipsum animadverterant; ib. ut ... sortito ||sortitio — sortitione|| in quosdam animadverteretur; ib. 128. tu non animadvertes in omnis? ib. 129. „at in ipsum Habitum animadverterunt"; ib. 133. cum animadversum esset in iudices; ib. si in hunc animadvertissem; Catil. I, 30. quod in civis indemnatos esset animadversum; sen. 13. in quem animadvertere ipse et more maiorum et suo iure posset; Milo 71. itaque non solum in eum non animadvertisti, sed ..; Deiot. 10.

arcesso: cum ... improbitas et furor L. Saturnini in Capitolium (te) arcesseret; Rabir. 22. deinde quot ex eis ||his|| ... in summum periculum capi-

tis || capitis periculum || arcessas? ib. 26. quo die nos ... arcessivit in patriam; sen. 27. cum ... me arcesserent in senatum; dom. 7.

armo: qui ... armati in civis et expediti ad urbem || ad caedem || esse possint; leg. agr. II, 82. egentes in locupletis, perditi in bonos, servi in dominos armabantur; Planc. 86.

ascendo: ascendit in oppidum Archagathus; Verr. IV, 51. per quos in altiorem locum ascenderat; Cluent. 110. quorum ego illum in locum atque in hanc excelsissimam sedem dignitatis ... ascendissem; Sulla 5. quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse; dom. 75. hic cum ... in eam civitatem ... ascendit; Piso fr. 6. hanc (gloriam) denique esse cuius gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97. quod in templum ipse nescio qua per Gallorum cuniculum ascendit; Phil. III, 20.

ascribo: ascribi se in eam civitatem voluit; Arch. 6. certam in sedem civitatis ac libertatis ascribimur; har. resp. 57. tu vero ascribe me talem in numerum; Phil. II, 33.

aspiro: quando autem homo ... nisi Februario mense aspirabit in curiam? Verr. II, 76. num quis est igitur qui tum dicat in campum aspirasse Sullam? Sulla 52.

audio: *nihil audisti* in Postumum || capite quod erat in Postumum — quo ea pecunia pervenerit, quod erat in Postumum ||; Rab. Post. 12.

averto: qui (C. Caesar) M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit; Phil. V, 28.

aufero: ab homine quae voluit in Dolabellam abstulit; Verr. I, 97.

cado: cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio; Sulla 75. multi enim sunt, credo, in quos huius maleficii suspicio cadat; har. resp. 37. quae (nomina) in id genus civium cadere possint; ib. 53. sed tamen in eum cadere hoc verbum maxime ... concedendum est; ib. 56. et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat; Sest. 30. in quo (loco) aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur quod ..; ib. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur; Cael. 69. quae (sapientia) non cadit in hanc aetatem; ib. 76. deinde ibi multi ab illo violati ... in suspicionem caderent; Milo 50. quod igitur facinus nec in hominem imprudentem caderet ... nec in facinorosum; Deiot. 16. „at non cadunt haec in Antonium“; Phil. V, 7. quid enim in eum non cadit? ib. neque hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest; ib. X, 14. quia in eandem cadere suspicionem conlega .. non potest; ib. XI, 24.

cito: in hanc rem te ... testem ... citabo; Quinct. 37. iudices, [citati in hunc reum] consedistis; Verr. I, 19. primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo; ib. II, 146.

cogo: [ut nemo ad populum Romanum vos adducere, ... non in senatum cogere || senatus cogere || ... posset;] leg. agr. II, 99. meque ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae curriculum || circulum || coëgisti; Rabir. 6. cuius (Scipionis) consilio atque virtute Hannibal in Africam ... coactus est; Catil. IV, 21. quid tandem erat causae cur in senatum [hesterno die] tam acerbe cogerer? Phil. I, 11. cogimur in senatum; ib. II, 79.

comitor: quo die me populus Romanus a porta in Capitolium atque inde domum ... comitatum honestavit; dom. 76.

commentor: quam (orationem) in alium reum commentaretur; Sex. Rosc. 82.

commeo: cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commearent; Cael. 38.

committo: se in id conclave committere; Sex. Rosc. 64. multa enim et in deos et in homines impie nefarieque commisit; Verr. I, 6. in populi Romani quidem conspectum quo ore vos commisistis? ib. IV, 26. tum non invitus non nullorum in me nefarie commissa praetereo; sen. 23.

commoveo: omnis suspicio in eos servos ... commovebatur; Cluent. 180. tum a sui similibus invidiam aliquam in me commoveri putat; Phil. III, 18.

comparo: testis in hunc et accusatores ... comparant; Sex. Rosc. 30. cum tu in annonae caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium ... repentinos impetus compares; dom. 13. etiamne in nostros liberos dominum et tyrannum comparabat || comparare debebat ||? Phil. XIII, 17. ſ. III. quaestio.

compello: hunc ego hominem ... nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem; Catil. III, 17.

comporto: cum arma in aedem Castoris comportabas; dom. 54. arma in templum Castoris palam comportabantur; Sest. 34. cum ... arma in templum Castoris .. comportarentur; Piso 23.

comprehendo: ſ. concludo; Qu. Rosc. 15.

concipio: non istum maius in sese scelus concepisse; Verr. I, 9. quod odium scelerati homines et audaces in rem publicam et in omnis bonos conceptum iam diu continerent; Quir. 1.

concito: non hi qui ... in te concitati infestique sunt; Verr. I, 93. is in te non expilatione Asiae ... concitetur? ib. III, 6. scribarum ordinem in me concitabit Hortensius; ib. 182. nullam in te invidiam ... concitabo; ib. V, 21. vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore et odio ... concitarentur; ib. 163. illam omnem faecem civitatum quid est negotii concitare, in eum praesertim, qui ..? Flacc. 18. quam (invidiam) tu in me vis concitare; Phil. II, 33.

concludo: usque dum inveniretur, qua ratione ... in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur; Quinct. 67. eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas? Qu. Rosc. 12. perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima ... conclusa et comprehensa sint; ib. 15. nisi ut equester ordo in huiusce legis periculum concludatur; Cluent. 152.

condo: qui ... produci atque in carcerem condi imperavit; Verr. V, 76.

confero: vocem in quaestum contulit; Quinct. 11. postea quam nescio quid impendit et in commune contulit; ib. 12. nonne ... sic refervens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam conlatum statim concidit et exstinguitur? Qu. Rosc. 17. quorum tu nihil in Sex. Roscium ... contulisti; Sex. Rosc. 38. si me in gregem sicariorum contuli; ib. 94. audio ... suspicionem ... in Capitonem conferri; ib. 100. se in Chrysogoni fidem ... contulerunt; ib. 106. quae omnia si ... in patronum suum voluerit conferre, nihil egerit; ib. 130. si unum in locum conferantur (flagitia); Verr. I, 21. crimina contulit in illum; ib. 41. te ... causam et culpam in alios contulisse; ib. 83. in me causam conferebat; ib. 149. haec denarium XXXIX milia ... contulerunt in statuam; ib. II, 137. ut pecuniam conferrent in eas statuas; ib. 145. ut eidem pro parte in commune Siciliae conferrent; ib. ecquid suo nomine in tuam statuam contulerit; ib. 152. in quem ne falsi quidem causa conferri criminis potuit; ib. V, 111. tamenne vos omnia in M. Fonteium iratis testibus freti conferetis? Font. 18. ut in pauca conferam, testamento facto mulier moritur; Caecin. 17. eodem tempore se in fugam conferunt una amici; ib. 22. nam et publicani ... suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt; imp. Pomp. 17. dubitatis, Quirites, quin hoc tantum boni ... in rem publicam conservandam atque amplificandam conferatis? ib. 49. Larino profugit et se in castra clarissimi viri ... contulit; Cluent. 24. quae porro tenuissima

suspicio conlata in Scamandrum est aut conferri potuit, ut ..? ib. 55. nihil fecisset libentius quam omnem illam acerbitatem ... in hanc unam quaestionem contulisset; ib. 151. cum Oppianicus in Falernum se ad C. Quinctium contulisset; ib. 175. cum videam haec omnia ... in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse conlata; leg. agr. II, 9. nam si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre, sed ... reportare; ib. 61. in te conferri pestem (oportebat); Catil. I, 2. dixi ... caedem te optimatium contulisse in ante diem v. Kalendas Novembris; ib. 7. ille ... se Massiliam, ut aiunt, non in haec castra conferet; ib. II, 14. permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra conferre dicuntur; ib. 21. mortis illius invidiam in L. Flaccum Laelius conferebat; Flacc. 41. in quam (civitatem) ego multa et magna [studia et] officia contuli; ib. 52. sibi a civitatibus conlatam (pecuniam) in usum suum? ib. 55. quam (multitudinem beneficiorum) in me fratremque meum et liberos nostros contulistis; Quir. 5. quanta (beneficia) vos in me contulistis; ib. 23. nec confero nunc in te unum omnia; har. resp. 35. inde cum Murena se in Galliam contulit; ib. 42. in quos illa oratio tam improba conferebatur; Sest. 40. quae (crimina) in hunc proprie conferuntur; Cael. 30. „cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti?“ ib. 37. sed homines ... saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt; prov. cons. 38. multi ... cives Romani ... alias se in civitates contulerunt; Balb. 28. *ut* ... summa in eam civitatem huius rogatu studia et beneficia contulerit; ib. 43. plebs Romana perditum cupit, in cuius tu infamiam ea ... contulisti; Piso 64. quamquam ... permulta in Plancium ... conferuntur; Planc. 35. stomachor, cum aliorum non me digna in me conferuntur; ib. in hortos me M. Laenii Flacci contuli; Planc. 97. nihil ullam in libidinem contulisti? Rab. Post. 45. falso ista conferri in Milonem; Milo 70. bona, fortunas meas ... in communionem tuorum temporum contuli; ib. 100. quae (beneficia) in me contulistis; ib. omnes ex omni aetate .. si unum in locum conferantur ..; Phil. IX, 10. id in eorum libertatem defendendam contulit; ib. X, 16. qui arma, qui se totos et animis et corporibus in salutem rei publicae contulerunt; ib. XII, 7. honores in eum maximos contulistis; ib. XIII, 10. in aliquem credo hoc gladiatorem aut latronem aut Catilinam esse conlatum, ||consultatum — confictum|| non in eum, qui ..; ib. XIV, 14.

confingo: nihil est quod metuas ne quid in te confingam; Verr. II, 180. concedisne hoc crimen in te nos non configere ||non hoc crimen nos in te confingere||? ib. III, 157.

conflo: quod in se tantum crimen invidiamque conflaret; Verr. II, 73.

confugio: cum ... in tuam ... fidem, veritatem ... P. Quinctius confugerit; Quinct. 10. qui ... sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen; Qu. Rosc. 30. qui in illud asylum confugisset; Verr. I, 85. confugiunt quasi ad aram in exsilium; Caecin. 100. qui nisi in aram tribunatus confugisset; sen. 11.

congero: quas (res) ... ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat; imp. Pomp. 22. sed haec nescio quo modo frequenter in me congessisti; Planc. 83. quid? quae postea sunt in eum congesta! Milo 64. primum in Caesarem maledicta congessit ..! Phil. III, 15. neque solum commentariis commenticiis .. innumerabilis pecunia congesta in illam domum est; ib. V, 12.

congrego: qui ab aliquo sunt unum in locum congregati; Caecin. 59. unum in locum congregentur (improbi); Catil. I, 32. ei perspecto genere humanae dociliatis atque ingenii dissipatos unum in locum congregarunt; Sest. 91. qui duo nefarios patriae proditores ... in idem Vettii indicium atque in eundem hunc numerum congregasti; Vatin. 25. impii cives unum se in locum ... congregabant; Phil. XIV, 15.

conicio: ergo in eum ... omnia tela coniecisti; Quinct. 52. nonne ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur, sic ..? Qu. Rosc. 17. eaque (signa) in onerariam navem suam conicienda curavit; Verr. I, 46. o praeclare coniectum [a volgo] in illam provinciam omen! ib. II, 18. UT, QUOT ESSENT RENUNTIATI, TOT IN HYDRIAM SORTES CONICERENTUR; ib. 127. iste hominem ... in carcerem conici iubet; ib. V, 17. in vincla coniectus est; ib. Apollonium ... in vincla coniecit; ib. 18. ut omnium oculos in me unum coniectos esse arbitrarer; ib. 35. quos (cives) in carcerem antea coniecerat; ib. 72. tum vero omnibus indignissimum visum est, homines honestissimos ... in ferrum atque in vincla coniectos; ib. 107. ut quisque istius animum aut oculos offenderat, in lautumias statim coniciebatur; ib. 143. vectores omnes in lautumias coniciebantur; ib. 145. videtis civis Romanos gregatim coniectos in lautumias; ib. 148. in vincla mercatores esse coniectos ... arguo; ib. 149. qui partim socios suos, partim libertos ... in vincla coniectos, partim in vinclis necatos, partim securi percussos esse dicunt; ib. 154. Gavius hic ... cum in illo numero civium Romanorum ab isto in vincla coniectus esset; ib. 160. Gavius hic ... loqui Messanae et queri coepit, se civem Romanum in vincla esse coniectum ||coniectum||; ib. Gavium istum ... ostendam in lautumias Syracusis abs te esse coniectum; ib. 164. omnium nunc oculi coniecti sunt hoc ipso tempore in unum quemque nostrum; ib. 175. cuius causa verba haec in interdictum coniecta sunt; Caecin. 63. omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniciebantur; Cluent. 50. oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniciebantur; ib. 54. Strato in vincula coniectus est; ib. 180. cum illum ... in apertum latrocinium coniecimus; Catil. II, 1. haec omnia ... crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt; Muren. 73. legatos in vincula coniectos (esse); Flacc. 60. quem ille propter pecuniam ... in vincla coniecit; har. resp. 35. cum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma ... coniciebatur; ib. 45. quid? ergo ||quid ergo?|| inimici oratio ... tam improbe in clarissimos viros coniecta me movit? Sest. 40. gladiatores ... in vincla coniecti a Milone; ib. 85. omniaque mea tela sic in te conicientur, ut ..; Vatin. 13. Licinium autem ... se in fugam coniecisse; Cael. 63. nulli conicientur in illum ordinem, nulli eximentur; Piso 94. atque haec nec ulla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam, de cuius ..; Planc. 31. te idcirco in ludos causam conicere noluisse, ne ..; ib. 83. cur in noctem se coniceret? Milo 49. subito abrepti in quaestionem tamen separantur a ceteris et in arcas coniciuntur; ib. 60. „et fratres meos“ inquit ... „in vincula coniecit“; Deiot. 22. sed eos, quos misit, ... in vincula coniecit; ib. 23. ut honestis decuriis potius dignus videatur quam in turpem iure coniectus; Phil. I, 20. nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset; ib. II, 21. saltatores, citharistas, totum denique comissationis Antonianae chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse coniectum; ib. V, 15. qui (Plancus) ... condemnatus nescio quo modo se coniecit in turbam; ib. VI, 10.

conligo: ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; Verr. II, 147. quae in totam causam ... accusatores conlegerunt; Cluent. 164.

constipo: si ... ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intellegetis; leg. agr. II, 79.

constituo: cur nullum supplicium constituisset in eum; Sex. Rosc. 70. crimen in eum constituere

non tam facile possumus; Verr. III, 190. si in eum ... poenam constituerint; ib. IV, 19. quaeret ... cur tot supplicia sint in improbos ... constituta; ib. V, 22. supplicium constituitur in illos ||in eos||; ib. 117. quae (supplicia) in convictos maleficii servos constituta sunt; ib. 139. Servilius et recusare et deprecari, ne iniquis iudicibus ... iudicium capitis in se constitueretur; ib. 141. posse impune praetorem aut alium quemlibet supplicium quod velit in eum constituere; ib. 168. hoc iuris in omnis constitueres; ib. quem ... pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; Cluent. 168. audistis auctionem ... constitutam in mensem Ianuarium; leg. agr. I, 4. quid in proximam (noctem) constituisset ... edocui; Catil. II, 13. opinor, poenam in civis Romanos nominatim sine iudicio constitutam; dom. 43. quamquam nihil potes in te, Laterensis, constituere quod sit ..; Planc. 7.

consurgo: consurgitur in consilium; Cluent. 75

contrudo: ut in balneas contruderentur; Cael. 63.

conveho: qui ... repente luntribus in eam insulam materiem, calcem ... convexit; Milo 74.

convenio: etiam cum multae causae convenisse unum in locum ... videntur; Sex. Rosc. 62. erat porro nemo in quem ea suspicio conveniret; ib. 65. non in omnis arbitror omnia convenire; ib. 122. homines mane in contionem conveniunt; Verr. I, 68. quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire; ib. 128. cum in consilium frequentes convenissent; ib. II, 71. tametsi omnia in istum hominem convenire putetis; ib. III, 26. unum in locum convenerunt; ib. 114. quae in nullum hominem alium dici neque convenire possint; ib. 206. quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent; Tull. 25. „in manum" inquit „convenerat"; Flacc. 84. populum Romanum in Capitolium ... convenisse; dom. 6. qui (populus) tum in Capitolium convenerat; ib. 15. tamen hoc maledictum minime in illam aetatem conveniret; Deiot. 28. quid enim minus in hunc ordinem convenit? Phil. IX, 8.

converto: si ... tantulum in rem suam convertisset; Sex. Rosc. 114. non paulum nescio quid in rem suam convertit; ib. 115. si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit; ib. 144. si unius anni quaestum in rem suam converteret; Verr. a. pr. 40. indigne ferunt illam clementiam ... tantam in crudelitatem inhumanitatemque esse conversam; Verr. V, 115. converte nunc ad equestrem ordinem atque in ceteros ordines easdem vitae condiciones; Cluent. 150. quae .. in deterrimas partis iura hominum convertit omnia; ib. 199. nunc si L. Catilina ... iter ad fugam atque in exsilium converterit; Catil. II, 14. quod si omnis impetus ... se in me unum convertit; ib. III, 28. video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos; ib. IV, 1. quoniam ... id totum vides in laudem esse conversum; Flacc. 70. in eum ipsum se convertit; dom. 66. quibus (iuribus) in te conversis recusares; ib. 125. quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse conversam; ib. 126. quae (verba) nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur; har. resp. 37. non sentiunt ... illius furentis ac volaticos impetus in se ipsos posse converti; ib. 46. cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem convertissent; Sest. 70. quis ignorat ... vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in huius unius quaestum esse conversum ..? prov. cons. 5. nolite igitur fortunam convertere in culpam; Rab. Post. 29. haec eadem (sica) longo intervallo conversa rursus est in me; Milo 37. omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma convertisset; Deiot. 18.

convoco: senatum in aedem Iovis Statoris convocavi; Catil. II, 12. Kalendis Ianuariis cum in Capitolium nos senatum convocassemus; Sulla 65. idemque consul ... vos frequentissimos in Capitolium convocavit; sen. 25. quo (die) in aedem Telluris convocati sumus; Phil. I, 1.

coopto: ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret; Verr. II, 120. quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt ..; Cael. 5. in quem (auguratus locum) ego eum ... mea nominatione cooptabo; Phil. XIII, 12.

correpo: correpsit in scalas; Fr. B, VI, 50.

curo: id (facinus) omisisset curare in hospitem? ||in hospite||; Cael. 54.

decerno: ita in frumentum imperatum HS duodetriciens ... Verri decernebatur, quod aratoribus solveret, in alteras decumas fere ad nonagiens; Verr. III, 163. in quos tum consules designatos idem illud senatus decreverat; Cluent. 137. atque idem hoc decretum est in L. Cassium, ... in M. Ceparium, ... in P. Furium, ... in Q. Annium Chilonem, ... in P. Umbrenum; Catil. III, 14. „decrevit Flaccus". num aliud atque oportuit? „in liberos"; Flacc. 78. in te, M. Antoni, id decrevit senatus ... quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum; Phil. II, 51.

decido: tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem ... decidisti; Verr. IV, 101.

dedico: at haec ||ad haec|| praedia in censum dedicavisti; Flacc. 79.

deduco: in has lautumias, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur; Verr. V, 68. „deducentur" inquit „coloniae". ... in quae loca? leg. agr. I, 16. QUAE IN MUNICIPIA QUASQUE IN COLONIAS XVIRI VELINT, DEDUCANT COLONOS QUOS VELINT ..; ib. 17. IN OMNIA QUAE VELINT OPPIDA COLONOS UT XVIRI DEDUCANT QUOS VELINT; ib. 20. in quam (sedem) erit deductus; ib. II, 46. etenim quantulum interest, utrum in Massici radices, an † in Italiam aliove deducamini|| in It. aliove ducamini — in Apuliam aliove ded. — in Italiam alio ded. — in Ulubrarum ulvas ded.||? ib. 66. atque in hos agros ... colonias ab his xviris deduci iubet; ib. 73. ut nihil intersit rei publicae, colonia deducatur in eum locum necne; ib. hi deducent colonias in eos agros, quos emerint, ... ET IN QUAE LOCA PRAETEREA VIDEBITUR; ib. quid igitur est causae quin coloniam in Ianiculum possint deducere ..? ib. 74. tu non definias quo colonias, in quae loca ... deduci velis? ib. permittit xviris, ut in omnia municipia, in omnis colonias totius Italiae colonos deducant quos velint; ib. 75. ut in eas (possessiones) vos deducamini; ib. III, 3. petitorem ego ... et in forum et in campum deduci volo; Muren. 44. quod homines iam tum coniuratos .. in campum deduci a Catilina sciebam ||quod cum gladiis in campum deduci Catilinam sciebam — quod ab hominibus cum gladiis in campum deduci Catilinam sciebam||; ib. 52. in eum locum te deducas, ut ..? Sulla 44. a Poenis .. Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amendati ||amandati|| et repudiati coloni; Scaur. 42. hoc [ille] natus ||hic illo|| ... in paternae vitae ||curae — culpae — hic vitae|| similitudinem deductus est; Rab. Post. 4. negavi in eam coloniam ... coloniam novam iure deduci; Phil. II, 102. cur homines ... cum sagittis deducis in forum? ib. 112. qui (veterani) cum ab Antonio in colonias essent deducti ..; ib. V, 3. si quam legem de actis Caesaris confirmandis ... deve colonis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur ..; ib. 10. praesertim cum eosdem in agros deduxerit; ib. VII, 17. vide ne tu veteranos ... perdideris in eumque locum deduxeris, ex quo ..; ib. XIII, 31.

defero: res ad Chrysogonum in castra ... defertur; Sex. Rosc. 20. cum delati essent in mare; ib. 71. itaque neque L. Philoni in C. Servilium no-

minis deferendi potestas est data neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum neque Cn. Pompeio in T. Albucium; div. Caec. 63. optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat; Verr. I, 131. imperat suis, ut id in praetorium ... deferrent; ib. IV, 65. eadem lectica usque in cubiculum deferebatur; ib. V, 27. sed in Chelidonis domum praeturam totam detulisti; ib. 38. onera atque merces in praetoriam domum deferebantur; ib. 145. si modo voltum importunum in forum detulisset; sen. 15. quoniam ... in forum deferri iudiciumque voluisti; Cael. 35. cum ... servus ad eum clam domum venisset et crimina in dominum delaturum se esse dixisset; Deiot. 31.

defigo: in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe et mente defigere (eum censetis)? Phil. XI, 10.

definio: definit in quinquennium, facit sempiternam (potestatem); leg. agr. II, 32.

deicio: insui voluerunt in culeum vivos atque in flumen deici; Sex. Rosc. 70. non sic nudos in flumen deicere; ib. 71. habeo enim dicere quem contra morem maiorum ... [in Tiberim] deiecerit; ib. 100. imperat lictoribus, ut Sopatrum ... praecipitem in forum deiciant; Verr. IV, 86. noctu duos conservos dormientis occidit in piscinamque deiecit; Cluent. 179.

deligo: qui ex civitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in hoc consilium delecti estis propter severitatem; Sex. Rosc. 8. ut ... delegerentur .. in id consilium ab universo populo; Sest. 137.

demigro: demigraturos in illa loca nostros homines ..; leg. agr. II, 42. moveri sedibus huic urbi melius est atque in alias .. terras demigrare, ... quam ..; Phil. XIII, 49.

denuntio: quod temere commisisti in iudicium ut denuntiaret; Qu. Rosc. 26. non putasti me ... in hanc rem testimonia denuntiaturum; Verr. I, 51.

deporto: non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur; div. Caec. 28. haec non in tuam domum neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses; Verr. I, 54. eas (tabulas) hic partim in hortos Pompei deportavit, partim in villam Scipionis; Phil. II, 109.

deprimo: totum est (opus) e saxo in mirandam altitudinem depresso et multorum operis penitus exciso; Verr. V, 68.

derivo: quid est quam ob rem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem ... posse? Verr. II, 49. tamen rerum natura coget te ... partem aliquam in Asiam et Syriam derivare curae et cogitationis tuae; Phil. XI, 22.

descendo: descendi [in campum] cum firmissimo praesidio; Muren. 52. ut civis Romanus ... cum gladio in forum descenderit; Sest. 78. qui (populus Romanus) iam descendit in causam; Phil. VIII, 4.

describo: quos (sesquimodios) tu cum ad mensurae tam exiguam rationem populo Romano in capita descripsisses; Verr. III, 215.

destringo: idemque gladios in rem publicam destrictos rettudimus; Catil. III, 2. duas uno tempore conantur in rem publicam sicas destringere; Fr. B, VIII, 21.

detraho: cum in iudicium detrahi non posset (P. Clodius); Milo 38.

detrudo: nisi in eandem impiorum poenam optime meritos civis detruserint; Flacc. 94.

deveho: arma in villam Ocriculanam devecta Tiberi; Milo 64.

devenio: ſ. incido; Piso 70.

deverto: devertit in villam Pompei; Milo 54.

dico: peritus vero nostri moris ac iuris nemo umquam ... in aliam se civitatem dicavit; Balb. 30.

dico: ſ. **dico,** I, 2, a. Sulla 48. ⚔. Quir. 17. Planc. 85. Rab. Post. 31. Milo 40. 103. — III. alqd; Phil. I, 42. Fr. B, XIII, III, 6. Verr. II, 176. Sulla 21. haec; Cael. 70. illud; Sex. Rosc. 103. ea; Cael. 8. multa; Font. 38. nihil; Sex. Rosc. 124. Verr. III, 50. Tull. 4. Muren. 14. prov. cons. 8. Rab. Post. 31. permulti quod; Verr. I, 44. quae; Verr. III, 206. Font. 24. Cael. 29. quid; Phil. I, 27. quid? Caecin. 29. Flacc. 23. dictum (2 St.). sententiam; Phil. II, 14. XIII, 5. testimonium; Sex. Rosc. 102. Verr. I, 41. 77. II, 9. 155. IV, 33. Cluent. 99. Sulla 10. 13. 21. 48. 83. Vatin. 40. 41. ⚔. (S. 92 ff.). publice in eum ... testimonium ne quod dicerent; Verr. IV, 113.

differo: vim tantam doloris in posterum differre; Verr. I, 81. „in posterum“ inquit „diem distulit, ut ..“; Deiot. 21. in ante diem IV Kalendas Decembris distulit; Phil. III, 20.

digero: utrum cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes an non? Qu. Rosc. 9.

dimitto: is ... in omnis civitates ... censores dimisit; Verr. II, 136.

discedo: vos ... in vestra tecta discedite; Catil. III, 29. tu in cubiculum discessisti; Deiot. 19.

discribo: in iugera dena discribat; leg. agr. II, 79. qui cum omnis Asiae civitates pro portione [in provincias] discripsisset; Flacc. 32.

distribuo: meministis me ita distribuisse initio causam: in crimen ... et in audaciam; Sex. Rosc. 122. inventis frugibus et in orbem terrarum distributis; Verr. V, 188. quadragena milia nummum in singulos iudices distributa eum numerum sententiarum conficere debebant; Cluent. 74. unde ... leges ortae atque in omnis terras distributae putantur; Flacc. 62. quae (oratio) cum sit in ius religionis et in ius rei publicae distributa; dom. 32.

divido: totam causae meae dictionem certas in partis dividam; Quinct. 35. animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partis; Cluent. 1.

do: in huius modi sponsionem testis dare oportebat; Quinct. 75. qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet; Sex. Rosc. 119. quod a vobis hoc pugnari video ne in quaestionem dentur, suspiciosum est; ib. 120. nisi quod ... hic in singulas res dabuntur (testes); Verr. a. pr. 55. bene penitus in istius familiaritatem sese dedit; ib. II, 169. placet vobis in cellam ... frumentum Siculos dare gratis ||gratis dare||? ib. III, 200. si mille modium ... in cellam gratis dedisset; ib. 201. tantundem detur in cellam; ib. cum ... senatus frumentum eos in cellam dare voluisset; ib. 226. etiamne in cellam cum cupiant gratis dare? ib. 228. dant sese in fugam ... milites; ib. IV, 95. ficti testes in eum dantur; ib. 100. si hunc subditivum archipiratam in eandem custodiam dedisset; ib. V, 69. tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit; ib. 86. quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus ... sit; ib. 147. cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem; leg. agr. II, 12. quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti? Catil. I, 19. tum quod eum et ceteros ... in custodiam dandos censuistis; ib. IV, 5. qui in custodiam nominatim dati sunt; ib. *at* is .. nudius tertius in custodiam civis Romanos dedit; ib. 10. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit nisi ..; dom. 116. dedit se in consuetudinem, sic ut ..; Piso 68. regem ad se scripsisse nullam pecuniam Gabinio nisi in rem militarem datam; Rab. Post. 34. quos in custodiam dederat; Phil. III, 10. ſ. III. cognitor. iudex. iudicium. recuperatores.

duco: uti se praefectum in Africam duceret ||educeret||; Verr. II, 29. in Siciliam tecum ... filium ducebas? ib. III, 159. eos ... secum in Siciliam duxit; ib. IV, 31. illos duci in carcerem iubent; ib. V, 77. non possum existimare, utrum ipse erret an vos in errorem ducere velit; Font. 2. Sassiam in matrimonium ducere ... concupivit; Cluent. 26. qui eius uxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit; ib. 125. nisi qui in ma-

trimonium sororem eius antea duxisset; ib. 190. non hunc in vincula duci ... imperabis? Catil. I, 27. num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? ib. II, 23. cum ... coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur; ib. III, 21. cum eum tu consulem in vincula duceres; Vatin. 21. per quem consul ... non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur; ib. ductum esse ab eo in provinciam aliquem dicis libidinis causa; Planc. 30. in balneum te ducere coeperunt; Deiot. 21. in Galliam mutilatum ducit exercitum; Phil. III, 31. qui (equitatus) in Syriam ducebatur bipertito; ib. X, 13.

edico: quaecumque falso [in eum] ediceret ||diceret|| in sanctissimum adulescentem ||[in sanctissimum adulescentem]||; Phil. XIII, 19.

edo: qui quidem .. in te gravissima postulata consulibus ediderunt; Verr. II, 156. sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum; ib. III, 98. quae (scelera) ab illo in patriam sunt edita; har. resp. 58. ea quanta sunt, quae in ipsum se scelera, quae in suos edidit? ib. 59. quod (scelus) in me illorum immanitas edidit; Sest. 58.

educo: ut te in ius educerent; Quinct. 33. domum ad istum in ius eductus est; Verr. III, 56. et cum in ius ipsum eduxi; ib. 112. quos educere invitos in provinciam non potuit, eos invitos retinere qui potuit? Fr. B, III, 2.

effero: quae tum ... in caelum laudibus efferebantur; Flacc. 103.

efflagito: poena gravior in plebem tua voce efflagitata est: ... exsilium in nostrum ordinem; Muren. 47.

effundo: vox in coronam turbamque effunditur; Flacc. 69. qui omnis indices tribunus e carcere in forum effudit; har. resp. 34. qui ... [in tribunatu] carcerem totum in forum effudit; Sest. 95. quod in me carcerem effudistis; Piso 16.

egredior: Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse egressum ..; Verr. V, 133.

eicio: iam sese in terram e navi eiecerat; Verr. V, 91. a me in exsilium eiectum esse Catilinam; Catil. II, 12. qui (consul) verbo civis in exsilium eicio; ib. 13. in exsilium eiciebam; ib. 14. ille eiectus in exsilium se Massiliam ... conferet; ib. non ille a me spoliatus, ... sed indemnatus, innocens in exsilium eiectus ... esse dicetur; ib. ſ. expello.

emano: oratio mea exire atque in volgus emanare poterit; Sex. Rosc. 3.

emitto: emisi (tabulas) in omnis provincias; Sulla 42. sed vestrae sapientiae, iudices, est non abduci .. nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra ... emittere in hominem et in reum; Cael. 29.

emo: ut illi in alteras decumas ... triticum emere ... cogerentur; Verr. III, 101. qua (pecunia) frumentum tibi emeres in cellam; ib. 202.

eo: eat ... in porticum Metelli; Verr. IV, 126. ſ. **eo** in (18 St.) S. 202, b. — **consilium,** II, 5. eo in (10 St.) B. I, S. 647, b.

erigo: cum eos (aculeos) accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora; Cael. 29.

erogo: multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanis esse perscriptas; Verr. V, 48. nonne ... nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragiens erogabamus? Flacc. 30. nonne M. Curtio et P. Sextilio quaestoribus pecunia in classem est erogata? ib.

erumpo: sed nescio quo pacto omnium scelerum ... maturitas in nostri consulatus tempus erupit; Catil. I, 31. ut odia [occulta] civium ... in fortunas optimi cuiusque erumperent; Muren. 47. omnia ... in hos dies, in hos mensis, in hoc tempus erumpunt; ib. 81.

escendo: et eis temporibus non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum escendere; imp. Pomp. 55. sed etiam in contionem escendit; sen. 12. num quis reus in tribunal sui quaesitoris escenderit ||ascenderit|| eumque vi deturbarit? Vatin. 34. hac tu oratione non dubito quin illum iam escendentem in currum revocare possis; Piso 62. escendi in contionem; Fr. B, XII, 4.

evoco: rex enim Deiotarus vestram familiam ... e tenebris in lucem evocavit; Deiot. 30. quoniam me in vestram contionem vobis flagitantibus evocaverunt; leg. agr. III, 16.

evomo: ne ... libentius haec in illum evomere videar quam verius; Milo 78. tum ... in aedem Concordiae venit atque in me absentem orationem .. evomuit; Phil. V, 20.

excito: aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores ... odium ..? Verr. III, 157. quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato posset ... portum ... invenire; Sulla 41.

excogito: supplicium in parricidas singulare excogitaverunt; Sex. Rosc. 70. est crudelitatis, quod innocentem in hominem, in socium vestrum ... singulare supplicii genus excogitavit; Verr. IV, 88. quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit (ad arma)? Rabir. 28. excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi; Planc. 64.

exeo: qui (senatores) C. Verre praetore urbano sortiente exirent in eum reum, quem ... condemnarent; Verr. a. pr. 39. cum in terram imperator exisset; ib. V, 91. qui se dixerit exisse in terram, ut ... deduceret milites; ib. 135. exire ex urbe iubet consul hostem: interrogas me, num in exilium? Catil. I, 13. post quaesturam exierisne legatus in ulteriorem Hispaniam ..? Vatin. 12.

expello: tum praedonum dux Heracleo ... classem ... in litus expulsam et eiectam ... inflammari incendique iussit; Verr. V, 91.

expio: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum ||expetitum|| esse videatur; prov. cons. 5. tua scelera di immortales in nostros milites expiaverunt; Piso 85.

exporto: o portentum in ultimas terras exportandum! Verr. I, 40.

expromo: ut numquam dubitaret ... ea (supplicia) in civis Romanos expromere; Verr. V, 139.

extollo: nisi eos in caelum suis laudibus praeclarus auctor extolleret; har. resp. 47.

extrudo: is tamquam extruderetur a senatu in Macedoniam, ... ita cucurrit; Phil. X, 10.

facio: haec in homines alienissimos ... viri boni faciunt; Quinct. 51. ne quid atrocius in P. Quinctium absentem ... facere conetur; ib. 66. sponsio quae in verba facta est? ib. 84. quae (proscriptio) facta est in eos, qui ..; Sex. Rosc. 153. nihil hunc in societatem fraudis fecisse iudicasti; Qu. Rosc. 25. cum ... multa crudeliter in civis Romanos atque in socios ||atque socios||, multa in deos ... nefarie fecerit; Verr. a. pr. 56. qui maiorem sumptum ... in Timarchidi prandium saepe fecerunt; ib. IV, 22. [de qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur]; ib. V, 81. si qua natio fecisset aliquid in civis Romanos eius modi, nonne publice vindicaremus? ib. 148. non modo ut sumptum faciat in militem nemini vis adfertur; imp. Pomp. 39. quod (psephisma) fecerunt in Castricium mortuum; Flacc. 75. quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, neglego; Cael. 50. requiro, quid attinuerit fieri in eum locum constitutum; ib. 61. * gravissima autem in istum civem suum Gaditani senatus consulta ||convitia|| fecerunt; Balb. 41. accipite nunc, quaeso, non ea, quae ipse in se atque in domesticum decus ||dedecus|| impure et intemperanter, sed quae in nos fortunasque nostras, id est in universam rem publicam, impie ac nefarie fecerit; Phil. II, 50. quid C. Pansa egit aliud ... senatus consultis faciendis gravissimis in Antonium ... nisi ..? ib. XIV, 5. — iudicium: ſ. III. iudicium. — impetum: ſ. **facio,** III. impetum (20 St.) S. 304, b.

fero: qui ardens avaritia feratur infestus in suos; Sex. Rosc. 88. eam legem pro plebe, non in plebem tulit; Cluent. 151. mulieri crudelissimae servum fidelissimum non in quaestionem tulit; ib. 181. statim tuleris in eum ... ut ..? Vatin. 27. Caesar fertur in caelum; Phil. IV, 6. cum ... me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit; ib. XIV, 12.

fingo: ne qua (crimina) in istum fingere existimer; Verr. a. pr. 15. in nos crimina finguntur; Flacc. 96.

firmo: ut in ceteros firmaret imperium; Sulla 32.

flagito: ne ... eius .. sceleris in te ipsum quaestio flagitaretur; Vatin. 26. quae (damnatio) in te flagitatur; Piso 95.

flecto: cum de foro in Capitolium currus flectere incipiunt; Verr. V, 77.

formo: ipsa Himera in muliebrem figuram habitumque formata; Verr. II, 87.

fugio: ||is in hunc locum — is in locum|| fugis et reformidas; Caecin. 84.

habeo: si HS miliens in iudicium haberet; Qu. Rosc. 50.

iacio: in quem scyphum de manu iacere conatus est; Verr. IV, 24. in quem tu ... nullam contumeliam iacere potueris; Sulla 23. iecissem ipseme potius in profundum ... quam ..; Sest. 45. palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur; Cael. 20.

iacto: cum ardentis faces in vicinorum tecta iactas; har. resp. 39.

immergo: qui ut se blanditiis ... in Asuvii consuetudinem penitus immersit; Cluent. 36.

immigro: deos immortalis existimatis ... in eius domum adflictam et eversam ... immigrare voluisse? dom. 107. di immortales ... ex suis templis in eius aedis immigrare nolebant; ib. 141. nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit; Phil. XIII, 34.

immineo: sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliae partibus imminebat; Verr. V, 145. qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. huius mendicitas aviditate coniuncta in fortunas nostras imminebat; Phil. V, 20. qui in vestras fortunas imminent; ib. VII, 21.

immitto: in mea bona quos voles immittes; Verr. I, 142. Theomnastus Syracusanus in agrum Mutycensem cur abs te immissus est? ib. III, 101. qui se armatus in hostium manum multitudinemque immiserit; Font. 48. ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27. cum in eius regnum, bona, fortunas latrocinium ||patrocinium — patrimonium, vim|| huius imperii immisisses; dom. 20. quae (tela) ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt; ib. 39. vis enim innumerabilis ... in scenam signo dato immissa inrupit; har. resp. 22. quid magis inquinatum ... dici potest quam omne servitium ... in alteram scenam immissum ..? ib. 25. videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum ..? ib. tu in alteram (caveam) servos immisisti; ib. 26. nisi eum, inquam, exercitum signis infestis in curiam se immissurum minitaretur; ib. 47. ut in eos se potius immitteret quam in vestras possessiones; Milo 76. tu illos impetus perditorum hominum ... in nostras domos immisisti; Phil. II, 91.

impello: haec te opinio falsa in istam fraudem impulit; Sex. Rosc. 58. cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret; Rabir. 22. qui etiam non nullos agrestis ... in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt; Catil. II, 20. voltus denique totus ... hic in fraudem homines impulit; Piso 1. primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit (acc. c. inf.); Scaur. c. 1. § 4. etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem; Milo 32. nisi eum di immortales in eam mentem impulissent, ut ..; ib. 89. nonne ... se a te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est? Deiot. 32. aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est; Fr. B, VI, 7.

impendo: ut ... pecuniam impendant in eas res; Verr. IV, 68.

impero: cum frumentum sibi in cellam imperavisset; div. Caec. 30. ne in cellam quod imperatur aestiment; Verr. II, 147. instituerunt semper in ultima ... loca frumentum imperare; ib. III, 190. frumentum in cellam imperavit; ib. 214. summam faciam vobis ... frumenti in cellam imperati; ib. 225. cum ... postremo etiam in cellam magistratibus et legatis imperetur (frumentum); ib. 227. at enim negas fratrem meum ... pecuniam ullam in remiges imperasse; Flacc. 33.

incendo: quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur; Cluent. 140.

incīdo: in quos ... de improviso incidant; Sex. Rosc. 151. quotienscumque in causa in nomen huius incidisti ..; Qu. Rosc. 18. sed casu in eorum mentionem incidi; div. Caec. 50. si ... in eam diem ego ... incidissem; Verr. I, 31. quintus annus ||quintus inde annus|| cum in te praetorem incidisset; ib. II, 139. in quas (calumnias) omnes inciderent quos vellet Apronius; ib. III, 38. magni sua putabant interesse publice potius quamvis magno emi quam in aliquem istius emissarium inciderent ||incideret — incidere||; ib. 99. atque in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse; ib. 178. nihil possum reperire quam ob rem te in istam amentiam incidisse arbitrer; ib. 186. qui nisi captus a piratis esset, in hunc praedonem sociorum incidisset; ib. V, 122. in illas tibi maiores plagas incidendum est; ib. 151. in manus eorum incidere non est satis? Caecin. 45. M. Aurius adulescentulus ... in Q. Sergii senatoris ... manus incidit; Cluent. 21. ibi primum in morbum incidit; ib. 175. qui ... in morbum gravem periculosumque incidit; ib. 198. hi ... in tantum aes alienum inciderunt, ut ..; Catil. II, 20. quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset; Sest. 28. primum non est periculum ne quis umquam incidat in eius modi consules; ib. 52. cum in Kalendas Ianuarias compitaliorum dies incidisset; Piso 8. in quam (insaniam) incidistis; ib. 46. devenit autem seu potius incidit in istum eodem deceptus supercilio; ib. 70. qui in me ipsum incurrit atque incidit; Planc. 17. at in quemcumque Arpinatem incideris ..; ib. 20. cum hic in me incidit; ib. 99. ne in manus incideret inimicorum; Scaur. c. 3. § 1. qui in hostis aut in praedones inciderint; Rab. Post. 29. si vita nostra in aliquas insidias, si in vim et in tela aut latronum aut inimicorum incidisset; Milo 10. qui in latrones inciderint; ib. 30. quia ... tamen mulier inciderat in viros; ib. 55. in quos incensos ira vitamque domini desperantis cum incidisset ..; ib. 56. qui (Sp. Maelius) ... in suspicionem incidit regni appetendi; ib. 72. in has miserias numquam incidissemus; Phil. II, 24. sed incidi in id tempus, quod ..; ib. 88. quae (belua) quoniam in foveam incidit, obruatur; ib. IV, 12. atque omnia in nostram aetatem inciderunt; ib. VIII, 8. quem enim iste in scopulum non incidit? Fr. A, V, 4. cum iter ... faceret cum Pompuleno, in familiam Anchariana incidisse dixerunt; ib. B, II, 5.

incīdo: quae ille in aes incidit; Phil. I, 16. et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima; ib. 26. falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta in aes incidenda et in Capitolio figenda curaverit; ib. III, 30. immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi; ib. V, 11.

incito: quae (causa) levissimi hominis animum in Flaccum incitavit; Flacc. 46. neque enim desunt qui istos in me atque in optimum quemque incitent; ib. 66.

includo: includuntur in carcerem condemnati; Verr. V, 117. in externorum hominum maleficorum

sceleratorumque, in praedonum hostiumque custodias tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? ib. 144. in huius me tu consilii societatem tamquam in equum Troianum ... includis? Phil. II, 32.

incumbo: ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet; Balb. 58. qui in te ipsum incubuerunt; Planc. 17. incumbite in causam, Quirites, ut facitis; Phil. IV, 12.

incurro: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est; Caecin. 84. qui (agri) in publicum Campanum incurrebant; leg. agr. II, 82. qui ... mihi videtur praetorius candidatus in consularem quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere; Muren. 57. cum vero in hanc rei publicae navem ... armatae tot classes ... incursurae viderentur; Sest. 46. ne incurrat (iuventus) in alterius domum atque famam; Cael. 42. non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati; Planc. 91. incurristi amens in columnas; Scaur. 45. ſ. incido; Planc. 17. invado; Sest. 14.

induco: quem ad modum in rationem inducerent ... non videbant; Verr. I, 106. ut ... in animum inducam ||et animum inducam|| ... defendere? Sulla 83. cur hunc non audistis ..., prius quam in istum errorem induceremini? Piso 58. sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit; ib. 71. quibus (lacrimis) ego magno in metu meo subito inducor in spem (acc. c. inf.); Planc. 104. quid agimus, iudices, aut quem hunc morem novorum iudiciorum in rem publicam inducimus? Rab. Post. 9. non ille hostis induxit in curiam; Marcell. 13. ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur? Phil. I, 13. ambitionem induxero in curiam; ib. XI, 19. cum vix manicatam tunicam in lacertos induceres; Fr. B, XIII, v, 3.

induo: hic videte in quot se laqueos induerit; Verr. II, 108.

infero: at infestis prope signis inferuntur Galli in M. Fonteium; Font. 44. si quae in eum lis capitis inlata est; Cluent. 116. hominibus iniuria tui stupri inlata in ipsos dolori non fuit; har. resp. 38. cum ille iniuriis in socios nostros inferendis bello prope nos lacessisset; Sest. 58. tu in templum Castoris te ... funestum intulisti; Vatin. 31. qui tantum facinus in famam atque fortunas suas neque non audisset inlatum a Caelio neque neglexisset neque tulisset; Cael. 54. ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitae discrimen inferret; Balb. 25. sic iste ... Macedonicus imperator in urbem se intulit, ut ..; Piso 55.

inflammo: ut animum eius in Sthenium inflammarent; Verr. II, 89. in quos propter eorum crudelitatem inflammatae mentes nostrae fuerunt; dom. 61. cum ... inflammatum in bonos omnis impetum meo corpore excepi; ib. 76. quae (res publica) me in amicos inflammare potuit; prov. cons. 24.

influo: ut non adluantur mari moenia extrema, sed ipse influat in urbis sinum portus; Verr. V, 96. ipse ille C. Marius ... influentis in Italiam Gallorum maximas copias repressit; prov. cons. 32.

ingredior: cum in eas (res) ingrederis; div. Caec. 40. esse civem Romanum, ... quem iam ingredientem in navem et Verri nimis atrociter minitantem ab se retractum esse; Verr. V, 160. cum in antiquum fundum ingredi vellet; Caecin. 21. non enim te sum passus in fundum ingredi; ib. 31. si ingressum modo in praedium deieceris; ib. 76. quem iam ingressum esse in bellum videbam; Catil. II, 14. quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus; ib. 29. postea quam in istam accusandi denuntiationem ingressus es; Muren. 46. ingredior iam in Sestii tribunatum; Sest. 71. quasi vero quisquam vir excellenti animo in rem publicam ingressus optabilius quicquam arbitretur quam ..; Vatin. 7. postea quam sum penitus in rem publicam ingressus; prov. cons. 40. itaque quamquam qua nolui ianua sum ingressus in causam ..; Planc. 8. in quas (res) ingressa erat oratio; Phil. II, 88. quoniam ingressi in spem rei publicae recuperandae sumus; ib. V, 11. magna spe ingredior in reliquam orationem; ib. VII, 8. cum in spem libertatis sexennio post simus ingressi ||cum — sumus; quoniam — sumus||; ib. VIII, 32. quanto enim honore, laetitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ... liberatores, cum ..? ib. XIV, 12. hic ego dubitem in eam disputationem ingredi, quae ..? Fr. C, 27.

ingurgito: numquam te in tot flagitia ingurgitasses; Piso 42. in eius igitur viri copias cum se subito ingurgitasset, exsultabat; Phil. II, 65.

